# CHRONICON DE REGIBVS FRANCORVM, A PHARAMVNDO VSQVE AD HENRICVM II.

PARISIIS

*Apud Vaſcoſanum, uia Iacobea, ad inſigne Fontis.*

M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

FRANCORVM *gens è* Germ*anica nobilitate in* G*alliam ueniens,regnum condidit : quæ tanta fuit animi magnitudine & uirtute , ut nullus uſquam populus fuerit , quem ferociter bello nõ appetierit: aut laceßita,magna cum laude non repulerit.* Gal*lias enim debellauit , cum quibus non pro imperio & gloria, ſed pro ſalute atque uita omnes ferè orbis nationes armis contenderunt .* E*a prima toti pariter* G*ermaniæ imperauit : quam neque* R*omani, neque alij quantumuis potentes , non modò domare,ſed nec uincere potuerunt.* N*ullum porrò in* E*uropa florens ac nobile regnum eſt, uel principatus, qui non ut olim à* Troi*anis originem ducere nobilißimus quiſque gloriabatur, ita à* F*rancis ſanguinem trahere ſe iactet,&* Lili*orum inſignia circun ferat .* R*eges quos* B*eroſus ordine commemorat, ſciens prætermitto , nolens quicquam literis mandare,quod non incorruptis rerum geſtarum monumentis ſit traditum .* I*n primis enim operam dedi, & id maximè ſtudui , ut quæ adhuc immenſis uoluminibus & ueteribus fabulis diſperſa iactabantur, ea paucis & certo ordine comprehenſa, uerißimaque,quantum fieri potuit,in lucem emitterem.* F*ranci igitur , quibus* D*uces antea , aut, ſi mauis,* R*eguli imperitabant,*P*haramundum primum* R*egem potentißimum habuerunt.*

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 420 | 1 | FARAMVNDVS I. REX AN. XI. | 4381 |
| 421 | 2 | | 4382 |
| 422 | 3 | *Lex Salica hoc tempore condita fuit.* | 4383 |
| 423 | 4 | | 4384 |
| 424 | 5 | | 4385 |
| 425 | 6 | | 4386 |
| 426 | 7 | | 4387 |
| 427 | 8 | | 4388 |
| 428 | 9 | | 4389 |
| 429 | 10 | | 4390 |
| 430 | 11 | | 4391 |
| 431 | 1 | CLODIO COMATVS II. REX ANN. XVIII. *Alij Capillatum, alij Crinitum uerbo idem ſignificante nominant.* | 4392 |
| 432 | 2 | | 4393 |
| 433 | 3 | | 4394 |
| 434 | 4 | | 4395 |
| 435 | 5 | | 4396 |
| 436 | 6 | | 4397 |
| 437 | 7 | | 4398 |
| 438 | 8 | | 4399 |
| 439 | 9 | | 4400 |
| 440 | 10 | *Germanus Altiſsiodorenſis Epiſcopus.* | 4401 |
| 441 | 11 | | 4402 |
| 442 | 12 | | 4403 |
| 443 | 13 | | 4404 |
| 444 | 14 | | 4405 |
| 445 | 15 | | 4406 |
| 446 | 16 | | 4407 |
| 447 | 17 | | 4408 |
| 448 | 18 | | 4409 |
| 449 | 1 | MEROVEVS III. REX AN. X. | 4410 |
| 450 | 2 | | 4411 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| 451 | 3 | Attila Hunnorum rex cum quingentis hominũ millibus Germaniam permeãs, non paucas diruit urbes: cum multam etiam Galliæ partem peragraſſet, tandem Aurelianum obſidet. | 4412 |
| 452 | 4 | Annianus Aurelianenſis epiſcopus. Lupus Tricaſſium epiſcopus. | 4413 |
| 453 | 5 | Nicaſius Rhemorũ Archiepiſcopus martyr. Quæ de Vrſula & undecim millibus uirginum martyrum leguntur, his temporibus geſta ſunt. Cum Attila pedem referente manus cõſerit in Catalaunis Aetius Imperatoris præfectus in Gallijs, cui Meroueus Francorum rex, & eius filius Childericus, Theodoricus Viſigotthorũ rex, & eius filius Thoriſmũdus ſuppetias ferunt. In eo prælio ex utraque parte interiere ad 180. millia hominum fortiſſimorum. illic Theodoricus occubuit. | 4414 |
| 454 | 6 | Attila uictus Aetij incuria euaſit, & in Pannonias profugit. Thoriſmũdus patri Viſigotthorum regi ſucceſſit. | 4415 |
| 455 | 7 | | 4416 |
| 456 | 8 | | 4417 |
| 457 | 9 | D. Genouefa uirgo Pariſienſis. | 4418 |
| 458 | 10 | | 4419 |
| 459 | 1 | CHILDERICVS IIII. REX ANN. XXVI. | 4420 |
| 460 | 2 | | 4421 |
| 461 | 3 | Childericus rex libidinoſus, & omnis generis luxui addictus, quũ tributis populum aliquãdiu uexaſſet, quò faſtum & pellices maximè foueret, tandẽ ob inſolentiam expellitur, preciũ ſtultitiæ fe- | 4422 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| | | *rens. Aegidius Romanus Sueßionum præfectus ſucceßit in eius locum per annos 8.* | |
| 462 | 4 | | 4423 |
| 463 | 5 | | 4424 |
| 464 | 6 | | 4425 |
| 465 | 7 | | 4426 |
| 466 | 8 | | 4427 |
| 467 | 9 | | 4428 |
| 468 | 10 | | 4429 |
| 469 | 11 | *Rex Vidomari opera amici fidißimi in regnum reuocatur, cui obuiam proficiſcitur ad Ambaros uſque, cũ amplißimo Francorum nobilium comitatu. Bißina Bißini regis Turingiæ uxor, marito relicto, Childericum eſt ſequuta.* | 4430 |
| 470 | 12 | | 4431 |
| 471 | 13 | | 4432 |
| 472 | 14 | | 4433 |
| 473 | 15 | | 4434 |
| 474 | 16 | | 4435 |
| 475 | 17 | *Colonia à rege expugnata, & exercitus Aegidij cæſus.* | 4436 |
| 476 | 18 | | 4437 |
| 477 | 19 | | 4438 |
| 478 | 20 | *Britanni ex inſula Albione olim, nunc Anglia uocata, profecti, & nouas ſedes quærentes, conantur Pictones, Andes, Cœnomanos, & Engoliſmẽſes armis expellere ſuis ſedibus: & uſque in Aquitaniam, quam tum Viſigotthi occupabãt, penetrauere.* | 4439 |
| 479 | 21 | | 4440 |
| 480 | 22 | | 4441 |
| 481 | 23 | *Aegidius moritur, cuius filius Syagrius* | 4442 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 481 | | *cum in patris locum apud Sueſsiones ſucceßiſſet, Franciæ regnum affectat.* | 4442 |
| 482 | 24 | | 4443 |
| 483 | 25 | | 4444 |
| 484 | 26 | *Annos regnauit* 30. *Paulus Aemylius.* | 4445 |
| 485 | 1 | CLODVEVS 5. REX AN. 30. *Clodoueus apud Sueßiones uxorē ducit Chriſtianam Clotildem Burgundionē.* | 4446 |
| 486 | 2 | | 4447 |
| 487 | 3 | | 4448 |
| 488 | 4 | | 4449 |
| 489 | 5 | *Syagrius à Sueßionibus expulſus, Toloſam confugit ad Alaricum Viſigotthorū regem, à quo proditus, & Clodoueo redditus, ſecuri percutitur. Sic deſiere expulſi & cæſi in Gallijs imperium habere Romani.* | 4450 |
| 490 | 6 | | 4451 |
| 491 | 7 | | 4452 |
| 492 | 8 | | 4453 |
| 493 | 9 | | 4454 |
| 494 | 10 | | 4455 |
| 495 | 11 | *Clodoueus Turingiam ſubiugat.* | 4456 |
| 496 | 12 | *à Rheno ad Sequanam regnū dilatat,* | 4457 |
| 497 | 13 | *ad Ligerim uſque fines ſuos extendit.* | 4458 |
| 498 | 14 | *Meleduni arcem expugnat.* | 4459 |
| 499 | 15 | *Diu multumq; laborauerat Clotildis regina ut maritū regem ad Chriſti fidem conuerteret, quod præſtare nunquam potuit: aliquando autem deo ita uolente cōtigit, ut in bello ad Tolbiacum in Vbijs, quod gerebat aduerſus Alemanos, periculi magnitudine, idolorúmque diffidētia, repentè uouerit ſe Chriſtianum fore: quo facto eorúmque rege cæſo, confeſtim ui-* | 4460 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 499 | 15 | ctor euadit, omnémque Alemaniam reddit tributariam. Ei ex prælio redeunti, ut gratificaretur, obuiam proceſſit Clotildis uſque Rhemos, ubi à Remigio pontifice ſacrum baptiſma Chriſtique fidem ſuſcipit. | 4460 |
| 500 | 16 | Lantieldis regis ſoror ab Arriana hæreſi conuertitur, partim in gratiam Theodorici Italorum regis, qui, dum Clodoueus in eccleſiaſtico erat cõcilio quod Aureliani habuit, legatos ad eum miſerat: partim ob nuper ſuſceptam religionem. Alemanos à grauiſſimis quæ uictor impoſuerat tributis, duríſque legibus ſubleuat. Hanc ſynodũ Aurelianenſem alij ſcribunt fuiſſe ann. 512. | 4461 |
| 501 | 17 | Initiũ belli aduerſus Alaricũ Viſigotthorũ regẽ, ex quo acerrimæ inter utroſq; principes & populum exarſerunt inimicitiæ. Gundebaldus Burgundiæ rex, & Clotildis patruus, inſtigante Theodorico res inter Alaricum & Clodoueum cum componere conatus fuiſſet, tanquam alteri plus fauiſſet, ipſum, iunioris fratris Odeſilli impulſu, dimidio regni Clodoueus ſpoliat, eíque cõcedit. Odeſillus mox à fratre proditore circũuentus, & Viennæ oppreſſus occiditur. Cauſſa igitur ſpecioſiori Clodoueus cum magna militum manu Gundebaldum perſecutus, regno & patria cedere cogit. | 4462 |
| 502 | 18 | | 4463 |
| 503 | 19 | | 4464 |
| 504 | 20 | | 4465 |
| 505 | 21 | | 4466 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| 506 | 22 | | 4467 |
| 507 | 23 | | 4468 |
| 508 | 24 | | 4469 |
| 509 | 25 | *In Pictonibus ad cãpos Vogladẽſes Alaricus rex & Viſigotthi cæduntur. Mœnia Engoliſmæ ruinoſa, in conſpectu Clodouei urbem aggreſſuri ruunt, quod pro miraculo creditur. Illinc Burdegalã uſque hoſtes inſecutus eſt. Theodoricus regis Clodouei nothus, in Aquitaniam præmiſſus, Albios, Ruthenos, Aruernos, Toloſates, Vaſconiámque ſubiugat. Aruerni poſtremi ſeſe regi dedunt, cæſo Appollinare eorum duce Sidonij epiſcopi cõſanguineo. Almaricus Alarici filius in Hiſpaniam fugiens, patri ſucceſſit. Rex intellecta Gundebaldi morte, Sigiſmundo eius filio eam regni Burgundiæ partẽ quæ eſt ultra Ararim, reddit, ut ulceratũ Theodorici animũ ob Alarici generi ſui cædem, mitigaret. Reliquam uerò partem, quæ eſt cis Ararim, ſibi ſeruat. Omnes tum ferè Gallias & uniuerſam Alemaniam rex tenebat ſub ditione.* | 4470 |
| 510 | 26 | *Cannacariũ Cameracenſium & Atrebatium Regulum, quòd ſe uerum regni hæredem diceret, eius quoque fratres & totã familiã ſuſtulit Clodoueus. Adulterinam pecuniã domeſticis proditoribus, quorũ erat uſus opera, perſoluit. Cloueus ab Anaſtaſio imperatore dona recepit Patriciatus & Cõſulatus titulum & inſignia: coronã inſuper aureã multis unionibus diſtinctã, quam poſtea Romam D. Petro offerendam remittit.* | 4471 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| 511 | 27 | *Theodoricus cum lxxx. hominum millibus* Ilbam *comitem in auxilium* Almarico *regis* Alarici *filio mittit, ut in patris uindictã perſequatur* Frãcos, *qui* Aquitaniæ *relicti erant præſidio.* Francorum *ad uiginti millia, aut etiam amplius cæduntur.* Sigibertus Coloniæ *præfectus à flagitioſo filio trucidatus, quò maturius patri ſuccederet. In eum ſeueriſſimè rex animaduertit, parricidiumq́; ſanctiſſimè ultus eſt.* De Chararico *eiusq́; filio monachatũ profiteri coactis, ſupplicium quòd de rege maledicerent, ſumptũ eſt.* | 4472 |
| 512 | 28 | | 4473 |
| 513 | 29 | | 4474 |
| 514 | 30 | Clodoueus Lutetiæ *ſepultus in æde quã apoſtolis* Petro *&* Paulo *erexerat, hodie templum* D. Genouefes *appellatur.* | 4475 |
| 515 | 1 | CHILDEBERTVS VI. REX ANN. XLV. *Regnum diuiſit cũ fratribus, cui* Pariſiorum, Clotario *Sueſſionum,* Clodamiro *Aurelianenſiũ,* Theodorico Notho *Mediomatricũ regna obuenere. Pacem cum* Almarico *cõfeſtim ineunt, data in uxorem* Clotilde *ſorore, &* Toloſatibus *redditis.* Tichildis *altera eorum ſoror ſacerdos uixit.*<br>Sigiſmundus Burgundiæ *rex filium necat* Sugerium *in gratiam nouercæ.* | 4476 |
| 516 | 2 | Clochilaicus Danorũ *rex à* Francis *quos claſsica incurſione inuaſerat, pfligatus.* Theodobertus Theodorici *filius uictor* | 4477 |
| 517 | 3 | *ad patrem redit.* | 4478 |
| 518 | 4 | Hermenfredus Turingus Bertariũ *fratrem necat, nec quieuit antequã* Bade- | 4479 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 518 | 4 | *rico alteri fratri idem feciſſet, accito ad ſcelus & prædam* Theodorico. | 4479 |
| 519 | 5 | | 4480 |
| 520 | 6 | Clodamirus *Aurelianenſis* Sigiſmundũ *Burgundionem cum poſtrema uxore & eorum liberis bello capit, quos Aureliani necat*. Gundemarus *frater elapſus Burgundiæ regnum occupat.* | 4481 |
| 521 | 7 | Clodamirus *ſucceſſor Burgundionis uictoria elatus illuc redit, Gundemarũ perſecuturus: à quo fugam ſimulãte circunſeptus eſt, & in ipſo cõflictu cæſus.* | 4482 |
| 522 | 8 | | 4483 |
| 523 | 9 | | 4484 |
| 524 | 10 | Theodoricus *nõ accepta ab* Hermenfredo *parte prædæ quam promiſerat, adiuuante* Clotario *illũ aggreditur, uincit & cædit, Turingiámque ſubiugat.* Clotarius *in matrimonium accepit captiuam* Radegundem *defuncti* Bertarij *filiam.* | 4485 |
| 525 | 11 | Childebertus *bello occidit* Almaricũ *Hiſpaniæ regem, quòd Arriana hæreſi infectus, à qua abhorrebat* Clotildis *uxor,* Franci *ſoror, eã quòd durè tractaret: quæ dum à fratre reducitur, in itinere obit.* Pariſijs *iuxta patrem ſepelitur.* | 4486 |
| 526 | 12 | Clotarius *in odiũ mortis* Clodamari *fratris* Auguſtodunum *obſidet, captiuamq; Burgundionum abducit reginã.* Gundemarus *eius maritus rebus omnibus exutus, in* Hiſpaniã *fugit, illincq; ut tutior eſſet, in* Africam *traijcit.* Childebertus & Clotarius *Burgundiã inter ſe partiũtur, nulla* Clodamiri *filiorũ habita ratione.* | 4487 |
| 527 | 13 | | 4488 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 528 | 14 | | 4489 |
| 529 | 15 | | 4490 |
| 530 | 16 | *Franci à rege puero* Athalarico *uniuerſæ* Galliæ *dominium auferunt, quod eius auus* Theodoricus Italiæ *rex tenuerat.* Amalaſiūta *mater & tutrix* Theodoberto Mediomatricū *regi prouinciā tradet.* | 4491 |
| 531 | 17 | Clotarius *adoleſcētulorū fratris filiorum* Theobaldi *&* Guntari *manibus proprijs cæde patrata, extemplo* Pariſiorum Lutetiam *exit.* D. Clodoaldus *minimus natu, qui euaſerat, monachatum profeſſus eſt.* Clotildis *auia, quæ illos apud ſe educauerat, rei indignitate percita,* Turones *ſe cōtulit. Quo facto penes* Childebertum *&* Clotariū *ſumma rerum fuit, cœperuntq; ſimul in* Francia *regnare.* | 4492 |
| 532 | 18 | | 4493 |
| 533 | 19 | | 4494 |
| 534 | 20 | | 4495 |
| 535 | 21 | | 4496 |
| 536 | 22 | Iuetoti *paruuli regni in* Rotomagenſi *agro inſtitutio & creatio hæredibus* Valteri Iuetoti *à rege ante aras necati.* | 4497 |
| 537 | 23 | Theodobertus Mediomatricum *rex potentētiſſimus.* | 4498 |
| 538 | 24 | | 4499 |
| 539 | 25 | | 4500 |
| 540 | 26 | *Regum inter ſe oriūtur ſuſpiciones.* Childebertus *cū fratris filio* Theodoberto *aduerſus* Clotarium, Clotilde *matre repugnante reclamātéque, armatur: ſed ſubita in ipſo cōflictus initio oborta tempeſtas quadam numinis uoluntate acies dirimit in agri* Aurelianēſis *uico cui nomē eſt* | 4501 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| 540 | 26 | Combrium: quæ res animos inter ſe diſcordes in concordiam traxit. | 4501 |
| 541 | 27 | Theodobertus partim ſuis, partim ducũ auſpicijs in Italiam uaria ſæpe fortuna ingreſſus eſt. ab alijs ampliſsima retulit ſpolia, alijs uerò tributa impoſuit. Childebertus eiúſque frater Clotarius Cæſarauguſtam deficere ab hæreſi Ariana cogunt, plurimáſque in Hiſpa- | 4502 |
| 542 | 28 | nia urbes expugnant. | 4503 |
| 543 | 29 | | 4504 |
| 544 | 30 | | 4505 |
| 345 | 31 | | 4506 |
| 546 | 32 | | 4507 |
| 547 | 33 | | 4508 |
| 548 | 34 | | 4509 |
| 549 | 35 | | 4510 |
| 550 | 36 | Theobaldus Mediomatricum poſt Theodobertum rex. | 4511 |
| 551 | 37 | | 4512 |
| 552 | 38 | | 4513 |
| 553 | 39 | | 4514 |
| 554 | 40 | Clotildis regina in Turonibus obit, cuius cadauer Lutetiam tranſlatum. | 4515 |
| 555 | 41 | | 4516 |
| 556 | 42 | Qui remanſerant Franci in Italia, cæduntur. Theodobaldus ſine liberis moritur, regnumq́; reliquit Clotario alteri patruorum. Clotarius cui magnũ erat aduerſus Saxones & Turingos negotium, ſumma immanitate omnia ferro & igni uaſtabat. aliquando tamen uitæ periculum adijt. | 4517 |
| 557 | 43 | D. Radegũdis apud Pictones deo quàm marito gratior & acceptior. | 4518. |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| 558 | 44 | | 4519 |
| 559 | 45 | *Childebertus nullis relictis liberis moritur, ſepelitúrque in* D. *Germani æde, quæ eſt ad muros urbis, ab eo erecta & dicata* D. V*icentio cum ex Hiſpania rediret.* | 4520 |
| 560 | 1 | CLOTARIVS SOLVS VII. REX ANN. V. *Tertiam reddituum eccleſiæ partem ſibi exhiberi iuſsit, cui Turonum archiepiſcopus liberè & fortiter interceſsit, uaticinatus regno ſpoliatum iri regem, ſi pauperum bona attenuaret atque eriperet.* | 4521 |
| 561 | 2 | | 4522 |
| 562 | 3 | | 4523 |
| 563 | 4 | *Granum filium bello ſubactum, cũ uxore, liberis & uniuerſa familia rex exurendum curat. is enim patri nõ audiens, acrebellis, multa* G*alliæ damna intulerat, primùm à* C*hildeberto patruo inflammatus, cauſſam eius deinde defendẽte ſocero* A*quitaniæ duce.* P*oſtremùm* C*onabus* B*ritannus eum excepit ac tutatus eſt.* S*ocerum illum rex ferè perdiderat,* B*ritannum autem paulò ante filij necem interemerat.* | 4524 |
| 564 | 5 | *Rex* C*ompendij obit. in æde* D. M*edardi* S*ueſsionenſis ſepultus, quã paulo antè mortem ædificare cœperat* | 4525 |
| 565 | 1 | CHEREBERTVS VIII. REX ANN. IX. *Ei, diuiſa inter fratres hæreditate paterna,* P*ariſij ſorte obuenere.* C*hilperico* S*ueſsionũ regnũ: qui cũ patris theſauros intercepiſſet, magna ui pecuniæ* P*ariſios ad ſeſe pertrahere ſperabat.* | 4526 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 565 | | Guntranno Aurelianenſium, Sigiberto Mediomatricum. Nonnulli ferunt Cherebertũ paucos annos uixiſſe, qui muliere quauis corruptior, totus in ſcortationibus & luxu uitam agebat. | 4526 |
| 566 | 2 | | 4527 |
| 567 | 3 | Sigibertus Hũnos profligat, qui per Turingiam ſignis infeſtis cõtra ſe uenerant. Adeò parum inter reges Chilpericum & Sigibertum conueniebat, ut uterque leuicula occaſione captata frequenter alterius fines inuaſerit: nonnunquam fœdus inter ſe feriebant: ſed id ſimulatum erat, quò uterque incautum alterum opprimeret. Guntrannus paci ſemper ſtudebat. | 4528 |
| 568 | 4 | Sigibertus Sueuis agrum à Saxonibus relictum cum Italiam peterent, habitandũ dedit. Chilpericus cum prima uxore Audouera diuortium fecit, ex qua tres ſuſceperat liberos, Theodobertũ, Merouεum, & Clodoueum, eamq́; in cœnobiũ apud Cœnomanos coniјcit. | 4529 |
| 569 | 5 | Sigibertus Brunechildẽ Athanagildi Viſigotthorum regis filiam uxorem ducit. Chilpericus Galſontem alteram regis Athanagildi filiam uxorẽ ducit: quæ cum | 4530 |
| 570 | 6 | ferre Fredegundẽ pellicem non potuiſſet, mortua in mariti lecto inuenta eſt. | 4531 |
| 571 | 7 | | 4532 |
| 572 | 8 | | 4533 |
| 573 | 9 | | 4534 |
| 574 | 1 | CHILPERICVS IX. REX AN. XIIII. Initio Chilpericus neq; | 4535 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *omnia tenebat, neque fortior erat.* | |
| 575 | 2 | | 4536 |
| 576 | 3 | *Orientis Imperator Francis prouinciam reſtituit, de qua dum Guntrannus & Sigibertus certant, Longobardi eam diripiunt. Fratres de regno certant. Sigiberto in Germania trans Rhenum occupato in rebus ordinandis, Rhemorũ op-* | 4537 |
| 577 | 4 | *pidum quod illius ditionis erat, nonulláque in Cãpania loca Chilpericus adoritur, parátque bellum quantum poteſt maximum cum filio Theodoberto. Hunni bello iterum moto, cum ferè ſuis præſtigijs & incãtationibus uictores euaſiſſent aduerſus Sigibertum, diu duraturum cum eo fœdus percutiunt. Sigibertus rediens Sueſſionũ deditione facta Theodobertum capit: quem ubi iureiurando* | 4538 |
| 578 | 5 | *adſtrinxit bellum aduerſus ſe nunquam ſuſcepturũ, ſtatim ad Chilpericum remittit. Theodobertus iuſſu patris uiolato iureiurando contra patruũ dimicans, cæditur. Chilpericus rebus acciſis cũ uxore Tornacum ſe recipit. Sigibertus magna pompa cum uxore Brunechilde Lutetiã Pariſiorũ ingreditur, à quibus eſt honorificè receptus. Paucis pòſt diebus cũ fauorem in ſe principum, quibus gratior quàm frater erat, perſpectum haberet, ob ídque inſtituiſſet fratri nec uitam* | 4539 |
| 579 | 6 | *nedum fortunas relinquere, à duobus trucidatur percuſſoribus ad id facinus à Fredegunde Chilperici uxore immiſſis. Brunechildis quæ tũ Lutetiæ erat, mariti morte cognita, Childeberbũ filiũ illico* | 4540 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| 579 | 6 | *liberat, & clàm in Auſtraſiam mittit. qua re Chilpericus indignatus, ablato uniuerſo eius mundo ditiſsimo, copioſiſsimóque, datis cuſtodibus relegat* Rotomagum. | 4540 |
| 580 | 7 | *Meroueus cum patrui occiſi uxore* Brunechilde Rotomagi *matrimoniũ cõtrahit, approbãte & miniſtrãte* Prætextato Rotomagenſiũ *archiepiſcopo.* Chilpericus *pater illinc eductum inſtigãte* Fredegunde *nouerca in cœnobiũ detrudit.* | 4541 |
| 581 | 8 | | 4542 |
| 582 | 9 | *Prætextatus* Rotomagen. *archiepiſcopus* Fredegundis *opera in exilium mittitur, reclamantibus epiſcopis.*<br>*A rege patre* Meroueus *cæditur.*<br>Brunechildis *ad filium in* Auſtraſiam *remittitur.* | 4543 |
| 583 | 10 | | 4544 |
| 584 | 11 | Fredegũdis *nouercæ imperio* Clodoueus *natu poſtremus regius iuuenis necatur.* | 4545 |
| 585 | 12 | | 4546 |
| 586 | 13 | | 4547 |
| 587 | 14 | Fredegundis *eiusq; adulter* Landricus M. Eq. *regem noctu à uenatione redeuntem ad* Calam *trucidandum iugulandumq; curant. cuius cadauer ad* D. Germani *ædẽ quæ in* Lutetiæ *ſuburbijs eſt, delatũ, ibi ſepelitur. eius filius* Clotarius *tunc natus erat menſes* 4. | 4548 |
| 588 | 1 | CLOTARIVS SECVNDVS X. REX ANN. XLIIII. *Guntrãnus patruus rector* Franciæ *tutorem pueri* Landricũ M. Eq. *inſtituit, uoluitq; apud matrem* Fredegundem *illum educari,* | 4549 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 589 | 2 | *Anno nondū exacto Childebertus Mediomatricum rex, regni adminiſtrationem obtinere armis tētabat, fruſtra etiā Fredegundem depoſcens, de qua ſupplicium ſumere decreuerat. Guntrānus quò quietum redderet, illum adoptat, & in teſtamenti tabulis hæredem ſcribit. Gundoaldus cum ſe ad aliquod tempus Clotarij primi filium finxiſſet, tandem à ſuis proditus, cum ijſdem ad ſupplicium ducitur. Ad Longobardos ex Italia pellendos Childebertus ab imperatore Mauricio pecuniā accipit: ſed hoc fruſtra fuit. nam modo pace facta cum ijs, modo inferior diſcedebat. quod ſiquando hunc uictorem eſſe contingeret, illi ſe arcibus & oppidis locisq; munitiſsimis facilè tuebātur. Prætextatus Rotom. Archiepiſcopus reuocatus die Paſchæ in templo cæditur Fredegundis dolo. Hæ ſunt per initia regni Clotarij mutationes.* | 4550 |
| 590 | 3 | | 4551 |
| 591 | 4 | | 4552 |
| 592 | 5 | | 4553 |
| 593 | 6 | | 4554 |
| 594 | 7 | *Childebertus Anthari Longobardo repudiato, ſororem Ricardo Viſigotthorum regi elocat. Antharis Bauarorum regis filiam accipit uxorē. inde ortum eſt inter Frācos & Bauaros bellū. Alij anno 589.* | 4555 |
| 595 | 8 | *Taſsillo rex Bauariæ per Childebertum ſtatuitur.* | 4556 |
| 596 | 9 | | 4557 |
| 597 | 10 | *Guntrānus rex bonus moritur, cui teſtamēto ſuccedit Childebertus fratris filius.* | 4558 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 598 | 11 | *In Sueßionibus profligatur Childebertus, cæſis militum X X.M. in eo prælio. Dux regij exercitus Lādricus M.Eq. Fredegundis mulier ad quiduis audax & animoſa ſemper in prima ſtans acie ad animandos milites puerum oſtentabat.* | 4559 |
| 599 | 12 | | 4560 |
| 600 | 13 | *Childebertus & eius uxor eodē die intereunt, non ſine ueneni ſuſpicione. Brunechildis duobus pueris regibus Theodoberto Auſtraſianorum, & Theodorico Burgundionum tutrix remanſit.* | 4561 |
| 601 | 14 | *Cacannus rex Hunnorum in Auſtraſiā irrumpit, cui Brunechildis data pecunia ad ſuos redire perſuaſit. Fredegundis enim bello perſequebatur duos Childeberti filios ualde pueros. ea porrò in exitu anni moritur.* | 4562 |
| 602 | 15 | | 4563 |
| 603 | 16 | | 4564 |
| 604 | 17 | *Gallia bellis premitur. Theodobertus &* | 4565 |
| 605 | 18 | *Theodoricus reges in Senonibus magnā Clotario cladem inferunt, adeò ut iniquas pacis conditiones, quas ſeruare nequijt, ab illis accipere cogeretur.* | 4566 |
| 606 | 19 | | 4567 |
| 607 | 20 | | 4568 |
| 608 | 21 | | 4569 |
| 609 | 22 | | 4570 |
| 610 | 23 | *Theodoricus & Theodobertus bellum inter ſe parant Brunechildis auiæ conſilio, quæ pulſa ab Auſtraſia Theodoricū ad id inſtimulabat. ſed Protadio M.Eq. Burgundionum militari ſeditione interempto, Theodoricus fratri pacem dedit.* | 4571 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 611 | 24 | | 4572 |
| 612 | 25 | Iterum uincitur Clotarius, res ſemper nouas in Stampis moliens: amiſſúmque decus recuperare ſperans, maiorem quàm antea cladem accipit per Theodoricum. Bertoaldus tamen Theodoberti Auſtraſiani exercitus legatus cecidit. In his prælijs ſupra hominum triginta millia perijſſe feruntur. Deſiderius Viennenſium epiſcopus martyrium tulit à Theodorico lapidibus obrutus. | 4573 |
| 613 | 26 | | 4574 |
| 614 | 27 | D. Columbanus à Theodorico rege in exilium pellitur, quòd nothos eius ex ſcortis ſuſceptos regno nunquam ſucceſſuros diceret. | 4575 |
| 615 | 28 | Theodoricus ad Salationem pacem à fratre petit, Clotarium, exteróſque reges Hiſpanum Longobardúmque uehementer infenſos metuens, coniunctis uiribus bellum apparantes. Conſpiratione fracta, & Clotario precio & promiſſis perſuaſo ac pacato, Theodobertum fratrem bello aggreditur: & magna hominum cæ- | 4576 |
| 616 | 29 | de facta in pugna Tullenſi ſemel atque iterum uictus Theodobertus ad Coloniã fugiens, captiuus Cauillonum ducitur, P. Aemylio: alij tradunt in acie cæſum. Theodoricũ dyſenteria quidam ſublatum, alij ueneno putant. Annales & hiſtoriæ narrant hoc loco Brunechildis mortem, & tragica ſcelera, quæ magna ex parte fabuloſa puto. Clotarius rex ſolus pacificus, gratioſus, & ſuis charus. | 4577 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 617 | 30 | Aletheus morte multatur, quòd in Clotarij regis necem conſpiraſſet. Bertrudis regina (cuius ſubornãdæ corrũpendæq; ad id facinus ſuſceperat negocium Leudemũdus Sedunenſium epiſcopus, melior leno quàm præſul) rem omnem prudenter & magna fide uiro detegit. Clotarius epiſcopo, uita eius ſeruata, aliam nõ irrogat pœnã, quàm ut non liceret è diœceſi pedem efferre. O regis pietatem in eccleſiaſticum ordinem! ò gratiam flagitioſo factam! Clotarius fœdus cum Longobardis diu duraturum percutit. | 4578 |
| 618 | 31 | | 4579 |
| 619 | 32 | | 4580 |
| 620 | 33 | | 4581 |
| 621 | 34 | | 4582 |
| 622 | 35 | | 4583 |
| 623 | 36 | | 4584 |
| 624 | 37 | | 4585 |
| 625 | 38 | | 4586 |
| 626 | 39 | Dagobertus in contumeliam ſuperbo pædagogo barbam uellit ac reſecat, uirgisq; cædendum iubet. Pro miraculo habetur patris iram uitare potuiſſe: adeò regis animus hoc filij facto offenſus erat, ut ægrè ueniam dederit, cæſum adeò & lacerum uerberibus hominem aſpiciens. | 4587 |
| 627 | 40 | | 4588 |
| 628 | 41 | Rex Auſtraſiæ partem Dagoberto regendam dedit, cui Pipinũ & Arnulfum, ut eorũ cõſilijs pareret, & uteretur, adiũgit. | 4589 |
| 629 | 42 | | 4590 |
| 630 | 43 | Crudelis cruentáque Clotarij uictoria ſuppetias ferentis Dagoberto filio in bello | 4591 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *aduerſus Saxones in capite ſaucio.* | |
| 631 | 44 | Dagobertus Cometrude Sichildis nouercæ ſorore in matrimoniū accepta, nihil nō apud regē patrem indulgentiſs. poterat. Clotarius duobus filijs Dagoberto & Ariberto relictis ex duabus uxoribus, obijt, in æde D. Germani ſepultus. | 4592 |
| 632 | 1 | DAGOBERTVS XI. REX AN. XIIII. Fratri Ariberto Aquitaniæ regnū in partē hæreditariam dat. | 4593 |
| 633 | 2 | Dagobertus Sclauos adhuc idolatras debellat. | 4594 |
| 634 | 3 | | 4595 |
| 635 | 4 | Franci Vaſconiam debellant. | 4596 |
| 636 | 5 | Adeò mulieroſus erat Dagobertus, ut quocunque proficiſceretur, ſecum agmen ſcortorum & pellicum traheret: nec eo cōtentus, uarijs in locis collegia formoſarū inſtituit, quæ habitu & elegantia reginarū ueſtirentur. Quam rem dum diuus | 4597 |
| 637 | 6 | Amandus liberè reprehendit, in exiliū mittitur. Reuocatum aſſerit Gaguinus ubi regem huius facti aliquantum pœnituiſſet. | 4598 |
| 638 | 7 | | 4599 |
| 639 | 8 | Rex Iudæos omnes qui Chriſtianiſmū profiteri nollent, Francia edicto expellit. Dagobertus ædem diui Dionyſii à funmentis erexit, ex alijs undequaque corradens, eáſque ſpolians, quò hanc unam ditaret. nec quiſquam ante eum inuenitur qui patrimonij reditus annuos templis tam magnificè profuſeq; donarit. Monachorum ocium & inertia multas texuit de eo fabulas, ut aſſentatione & | 4600 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 639 | | *laudibus principum facultates ad hamum pellicerent.* Credo Dagobertū *bonum fuiſſe uirum: uerùm nō uſque adeò ſanctum, qui in immenſis cum donationibus tum ædificijs ſalutem, quemadmodum iſti perſuadebant, poneret.* Ho*rum iſtiuſmodi commenta apud exteros noſtrarum eleuant hiſtoriarum fidem.* In *hoc monachorum collegio uiros fuiſſe quamplurimos religione & ſanctitate celebres non dubito, qui maiora loco illi ornamenta quàm tales ſcriptores, attulere.* Hoc *autem maximum eſt regum* Franciæ Mauſoleum. Aribertus *rex* Aquitaniæ *moritur relicto infante* | 4600 |
| 640 | 9 | Chilperico*: quo mox extincto, ſumma rerum* Dagoberto *ceſsit.* Dagobertus *filium* Sigibertum *Auſtraſianorum regem facit, ut contra Sclauos deorum cultores patriam tueatur.* | 4601 |
| 641 | 10 | | 4602 |
| 642 | 11 | | 4603 |
| 643 | 12 | Vaſcones *rebelles in fidem recipit.* Iudicaildis Britanniæ *rex amicitiam & ſocietatem regis init.* Ega Magiſter Equitum Francorum. | 4604 |
| 644 | 13 | Siſenandus Dagoberti *ope rex* Viſigotthorum *creatur, pulſo* Santilla. Paulus Aemylius *ſcribit* 16. *ann. regnaſſe, ſed duos in* Auſtraſia *numerat uiuo adhuc patre.* | 4605 |
| 645 | 14 | Dagobertus *profluuio uentris* Spineti *propter* Sequanam IIII. CAL. FEBR. *moritur ſepultus* | 4606 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *in æde D. Dionyſij, quam extruxit.* | |
| 646 | 1 | CLODOVEVS SECVNDVS XII. REX ANN. XVII. *Sigibertus maior natu Auſtraſia cõtẽtus. Clodoueus & Ludouicus idem nomẽ eſt Germanicè. Hic primus Ludouicus numeratur. Nam Clodouei nomen priori illi Magno conceditur, quia regnum Francorum primus Chriſtum profeſſus eſt.* | 4607 |
| 647 | 2 | *Grimoaldus Pipini filius M. Eq. Auſtraſianorum.* | 4608 |
| 648 | 3 | *Ercembaldus M. Eq. Francorum.* | 4609 |
| 649 | 4 | | 4610 |
| 650 | 5 | | 4611 |
| 651 | 6 | | 4612 |
| 652 | 7 | *Sigibertus Auſtraſianorũ rex nulla prole ſuſcepta, Ildebertum filium Grimoaldi Magiſtri Eq. adoptat, uerùm mox naſcitur illi filius Dagobertus.* | 4613 |
| 653 | 8 | | 4614 |
| 654 | 9 | | 4613 |
| 655 | 10 | | 4616 |
| 656 | 11 | *Grimoaldus Dagobertum ualde puerũ & tonſum & monachũ in Scotiam mittit, quem pater moriens, eius fidei cõmendauerat. Filium Ildebertum Auſtraſianorum regem ſalutat.* | 4617 |
| 657 | 12 | | 4618 |
| 658 | 13 | *Franci perfidiam hanc & proditionem ferre non poſſunt. Ildeberto in pugna occiſo, Grimoaldus captus Pariſijs in carcere uitã miſerè finijt. Clodoueus Childericum filium ſecundum regem in Auſtraſiam mittit.* | 4619 |
| 659 | 14 | | 4620 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 660 | 15 | *Hac tempeſtate fames maxima* Galliã *inuaſit: cui ut ſuccurreretur,* Clodoueus *aurum & argentum quo ædem* D.Dioſij Dagobertus *pater impenſè magnificéque ornauerat, arripit & aufert, & egentibus piè diſtribuit.* Theſaurũ *etiam in capſis & ferculis, brachiumq́;* D.Dionyſij *frangit & aſportat, propterea aiũt regem inſaniſſe, ac mente captum per reliquũ uitæ tempus diuina numinis uindicta. Certè ſi pauperum gratia ſubmo-* | 4621 |
| 661 | 16 | *uit, ſapienter & religioſè fecit: quanuis illum uita defunctum mentis impotem finxerint eo ſpectantes, ne poſteri principes hoc ſibi exemplũ in diripiendis eccleſiæ facultatibus ad imitandum proponerent, nõ ſolùm in egentium inopia, ſed in ſuis etiam aliquando negotijs. Cõtrà uerò ſi alia motus cupiditate, quàm ut fame pereuntium neceſsitati bona dilargiretur, quæ ad ſubſidiũ pauperũ eccleſiæ dicata donataq́; ſunt, equidẽ ſtatuo indignum & nephariũ ſacrilegium fuiſſe. Non magis enim delirare atque inſanire poterat. Sanctæ diuorum reliquiæ ac ſimulacra precioſa uendita ſæpenumero ſunt ut expreſſæ neceſsitati ſubueniretur: perſuaſumq́; nobis eſſe debet, quòd illi uiui ſe uenales exhibuiſsẽt, ut populum fame, miſerijs, totq́; malis uexatum liberarent. Vtinam non ob alias cauſſas eccleſiæ bona auferantur.* | 4622 |
| 662 | 17 | Rex *obijt. in æde* D.Dionyſij *ſepultus.* Multi *annos tantùm regnaſſe* 16. *tradunt.* | 4623 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 663 | 1 | CLOTARIVS TERTIVS XIII. REX ANN. IIII. | 4624 |
| 664 | 2 | | 4625 |
| 665 | 3 | | 4626 |
| 666 | 4 | *Rex ad Calam Pariſiorum uicum decedit, ſepultus in æde D.Dionyſij.* | 4627 |
| 667 | 1 | *Hoc anno Theodoricus Clodouei filius Childerico minor, poſt fratrem Clotariũ regnauit Ebroini M.Eq. authoritate: ſed ob incontinentiã & ſcelera à regno Rex expellitur. Magiſter autem Eq. callidus, aſtutus, & crudelis in cœnobium truditur, Childerico qui in Auſtraſia imperitabat, accerſito. Soluti & puſilli animi reges, inertes, toti in luxu & uenere. à maioribus degenerantes, ſe regnumq; Magiſtris Equitũ permittebant. In delicijs, belluationibus, ac libidinibus cum mulieribus clàm uolutabantur. nullo tẽpore in publicum prodibant cum pompa & regio apparatu, præterquã Calend. Maijs, ut accepta & data uiciſsim ſalute, Regis officio fungi, ac partes obire uiderentur. Ferè Pariſij, & Neuſtriæ regnum erant uniuerſæ eorum ditiones. Reliquum Galliæ in controuerſia erat, quamplurimis ab eorum Imperio deſciſcentibus, dum penes Magiſtros Equitũ ſumma rerum eſſet.* | 4628 |
| 668 | 1 | CHILDERICVS SECVNDVS XIIII. REX ANN. XII. *Vlfoaldus* M.Eq. | 4629 |
| 669 | 2 | | 4630 |
| 670 | 3 | | 4631 |
| 671 | 4 | | 4632 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 672 | 5 | | 4633 |
| 673 | 6 | | 4634 |
| 674 | 7 | | 4635 |
| 675 | 8 | | 4636 |
| 676 | 9 | | 4637 |
| 677 | 10 | | 4638 |
| 678 | 11 | | 4630 |
| 679 | 12 | Rex Bodillum *uirum inſignem & nobilem ad palum ligandum, flagriſq; cædendum iubet: quod dum facit, maius in ſe ſuorum concitat odium.* Hic *graui affectus iniuria, ulciſci ſtatuit. itaque coniuratione facta, dū in ea ſylua quæ ad* Calam Pariſiorum *uicum eſt, rex uenatur, illum ex inſidijs ad ueſperam adoritur, & interimit. idem continuò facit utero gerenti* Reginæ. *uterque in æde* D. Gernani *à pratis ſepultus eſt.* <br> Vlſoaldus M. Eq. *euadit, & in* Auſtraſiam *redit.* <br> Theodoricus *reuocatus in regnum reſtituitur, ſed cui datur* Leudeſius Ercembaldi *filius* M. Eq. | 4640 |
| 680 | 1 | THEODORICVS XV. REX ANN. XIIII. | 4641 |
| 681 | 2 | | 4642 |
| 682 | 3 | | 4643 |
| 683 | 4 | | 4644 |
| 684 | 5 | | 4645 |
| 685 | 6 | Ebroinus *relicto monachatu, ingenti ſceleratorū manu collecta, clanculario* Audoëni *archiepiſcopi* Rotomagēſium *admonitu, hoſtes magna celeritate opprimit, & gazā intercipit. tandē* Regis *& regni adminiſtrationem recipit,* Leudeſio | 4646 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *perſidioſè occiſo inter colloquendum.* *Plurimi illius cauſſa epiſcopi in perpetuum exilium mittuntur: pleroſque, ut animũ ſanguine expleret, iugulãdos curat.* D. Leodegarius *Eduorũ epiſcopus poſt longa carceris tædia capite trũcatur, confoßis prius oculis, & corpore miſerè mutilato, dilaniatoq́;.* Eius *frater* Guerinus *nomine, paulò antè lapidibus obrutus fuerat.* D. Lãbertus *exulat.* Amatus *poſt aliquot annos in exilio moritur.* Pipinus Craßus *Anſigiſi filius.* | |
| 686 | 7 | | 4647 |
| 687 | 8 | *Pipini &* Martini *Auſtraſianorum ducum acies fundit* Ebroinus *in agro* Laudunenſi. *contra fidem datam* Martinum *ad ſe in colloquium accerſitum crudeliter interimit.* Ermenfredus *in ultionẽ ex inſidijs ſceleratum* Ebroinum *noctu in lecto iugu-* | 4648 4649 |
| 688 | 9 | *gulat. extemplo ad* Pipinum *confugit. illius loco* Magiſter Equitũ Varrato *creatus eſt: quem* Giſlemarus *ſceleratus filius ab illo magiſtratu haud ita multò pòſt armis deturbat, ſed paucos dies à perpetrato facinore dignitate potitur, di-* | |
| 689 | 10 | *uino numine impietatem ulciſcente. In eum magiſtratum pater reſtitutus, breui moritur.* Bertarius *eius gener, homo non magni animi, parúmque rebus gerendis aptus,* Magiſter *equitum dicitur.* | 4650 |
| 690 | 11 | *Pipinus cum exulum* Francorum *collecta manu,* Regis Theodorici *aciem ad* | 4651 |
| 691 | 12 | Textritium *fundit, fugátque.* Bertrarius *à ſuis necatur.* | 4652 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 691 | 12 | *Pipinus Magiſter Equitum, qui multū res Francorum auxit. In Auſtraſiam reuocatus, aulæ præfectum Nordebertum relinquet.* | 4652 |
| 692 | 13 | *Drogo Pipini maximus natu filius, Dux Campanorum.* | 4653 |
| 693 | 14 | *Rex Atrebatibus ſepultus in D. Vedaſti æde.* | 4654 |
| 694 | 1 | CLODOVEVS TERTIVS XVI. REX ANN. IIII. | 4655 |
| 695 | 2 | | 4656 |
| 696 | 3 | | 4657 |
| 697 | 4 | *Friſij Rabodo eorum duce ſuperato, in Chriſtianiſmum à Pipino inducuntur, apud quos Vuillibrotus, quem nonnulli Clementem epiſcopum nominant, frequentes de Chriſti uerbo conciones habuit, eóſque inſtituit.* | 4658 |
| 698 | 1 | CHILDEBERTVS SECVNDVS XVII REX AN. XVIII. *Frater iunior defuncti.* *D. Lambertus Traiectenſium epiſcopus, ab exilio reuocatus, cum nō dubitaſſet Pipini adulterium reprehendere, à Dodone pellicis ipſius fratre miſerè tru-* | 4659 |
| 699 | 2 | *cidatus eſt. Percuſſor & cōſcij intra annum diuinitus puniuntur & pereunt.* *Grimoaldus Pipini filius loco patris Præfectus aulæ.* | 4660 |
| 700 | 3 | | 4661 |
| 701 | 4 | | 4662 |
| 702 | 5 | | 4663 |
| 703 | 6 | | 4664 |
| 704 | 7 | | 4665 |
| 705 | 8 | | 4666 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 706 | 9 | | 4667 |
| 707 | 10 | | 4668 |
| 708 | 11 | | 4669 |
| 709 | 12 | | 4670 |
| 710 | 13 | | 4671 |
| 711 | 14 | | 4672 |
| 712 | 15 | | 4673 |
| 713 | 16 | *Grimoaldus* Leodij *ante aras* D. Lamberti *à quodam* Friſio *gregario milite trucidatur.*<br>Pipinus Theobaldum *nepotem aulæ* Præfectum *facit.* | 4674 |
| 714 | 17 | *Mors Pipini Craſsi.*<br>*Carolum Tutidem, hoc eſt Martellũ ex Alpaide pellice filium, Ducẽ Auſtraſianorum inſtituerat: ſed relicta Plectrudis illum Coloniæ in Carcerem conijcit, ſperans cum Theobaldo nepote ſumma rerum potiri.* | 4675 |
| 715 | 18 | *Rex conditus Canciaci ad ædem D. Stephani.*<br>HAEC REGVM *nomenclatura, & catalogus, quia titulo tenus Reges erãt, ſatis indigeſtus, & parum certus. Nam & apud illius temporis ſcriptores nullo ferè numero fuere.*<br>*In Francia maxima rerum perturbatio, quouſque genus hoc regum extinctum fuit, & regni adminiſtratio ad Pipini filij Martelli familiam deuoluta.*<br>*Franci Plectrudis mulieris imperio nunquam ſe ſubiecturi erant.*<br>*Interea Reges pro libidine creabãtur, eorumq; ius & dignitatẽ tuebantur hi tantùm à quibus in regnũ euecti erant.* | 4676 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 715 | | Theobaldus Magiſter Equitum Dagoberti, Ramanfredus Magiſter Equitū Chilperici, uterque bellum hoc domeſticum & inteſtinum inter ſe gerebant. | 4676 |
| 716 | I | DAGOBERTVS SECVNDVS XVIII. REX ANN. IIII. Filius natu maximus defuncti Regis. Hunc nonnulli, præſertim Sigibertus Clodoueum nominant. Prælium acerrimum ad ſyluā Cociam. Theobaldus fuga euadit, ex quo Dagobertus ægre regnū aduerſus hoſtes defendit Carolus Martellus cū nouercæ manus ef- | 4677 |
| 717 | 2 | fugiſſet, omnia expertus eſt ut in ſtatum reſtitueretur, & ſe his omnibus rebus in- | 4678 |
| 718 | 3 | terpoſuit. Initio inferior a Rabodo Friſio, cum multos ſuorū amiſiſſet, acri prælio uictus, animo tamen inuictus fuit. Nam Chilpericū perſecutus ad Amblauam circunuētū ſpoliauit, III. Calend. April. cecidit, deinde ad Vinciacum Samarobrinenſiū, rediens autē Coloniam | 4679 |
| 719 | 4 | Theodoricus & Chilpericus Dagoberti liberi penè infantes in cœnobium collocantur. ingreſſus eſt. Rege quoque Dagoberto mortuo & ſepulto Cāciaci, Martellus ſubornat ſalu- | 4680 |
| 720 | I | tatq; regem CLOTARIVM quendā qui his duobus annis regnū affectās, inuadere & occupare conatur. Sed in ordine regū locū illi eſſe nō patiar, quia illū p̄termittit P. Aemylius. Chilpericus ui | 4681 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mundi |
|---|---|---|---|
| | | ctus, inita ſocietate Eudonē Aquitaniæ ducē in Cāpaniā aduocat in auxiliū. Ca | |
| 721 | 2 | rolus cū aduerſus eos obuiā proceſſiſſet, in fugā cōijcit, & aſſecutus eſt Ramanfredum Andegaui. Poſt Clotarij mortē reuocat ex Vaſconia Chilpericū, eúmque ſibi regem facit, pace Eudoni data. | 4682 |
| 722 | I | CHILPERICVS SECVNDVS XIX. REX ANN. V.<br>Is eſt qui antea & Daniel uocatus, & ſacerdos fuiſſe dicitur. | 4683 |
| 723 | 2 | Carolus debellat Saxones. | 4684 |
| 724 | 3 | Carolus Bauaros domat. | 4685 |
| 725 | 4 | Alemanis ui armorum perterritus, Carolus recipit reducitq; Plectrudem unà cū Sonichilde eius nepte, quæ profugerant illuc, Carolum metuentes.<br>CAROLVS MARTELLVS<br>Francorum princeps. | 4686 |
| 726 | 5 | | 4687 |
| 727 | I | Chilpericus ſepelitur Nouioduni.<br>THEODORICVS CALA XX. REX ANN. XV. | 4688 |
| 728 | 2 | Bellum Aquitanicum & Saracenum. | 4689 |
| 729 | 3 | Eudo Aquitanicus bello redintegrato, quum modis omnibus ſe Carolo inferiorem eſſe animaduerteret, Saracenos Hiſpaniam tunc occupantes, ad ſe inuitat. Qui numero ad CCCC.M. cum uxoribus liberis ac ſeruis tanquam omnia occupaturi uenerunt, quacunque iter facerent, tum ſacra, tum prophana nullo diſcrimine hoſtiliter depopulantes. Hoſpes Eudo eorum aduentu preſſus, facilè ad pacem inclinauit. Nam in ipſo | 4690 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 729 | | *conflictu & prælio cum ad nos defeciſſet, plurimum ad uictoriam adiuuit.* | 4690 |
| 730 | 4 | *Carolus enim Martellus aduerſus illos profectus, cum in Turonibus ad agrum D. Martini Pulchri illis occurriſſet, ſtragem eorũ incredibilẽ edidit. In eo prælio cadit rex Abdirama. ex noſtris deſiderati ſunt modò* 1500. *Cõmentitiũ putarem tantam de Saracenis uictoriam à noſtris partam eſſe, niſi pariter exteri rerum ſcriptores de nobis hoc literis prodidiſſent, cum magna lætitiæ ſignificatione, quòd gẽs tam barbara, legis ac religionis tã impiæ, cui nemo hactenus par eſſe potuerat, penè occidione occiderit.* | 4691 |
| 731 | 5 | | 4692 |
| 732 | 6 | *Eudo fato functus eſt. Hunnoldus & Vaifarus filij, ut Aquitaniam recipiãt, ad ſe Viſigotthos & Arrianos in auxilium arceſſunt, qui incendijs & dire-* | 4693 |
| 733 | 7 | *ptionibus uſque in Burgundiã penè omnia deuaſtant. Martellus cum copijs accurrit, eóſque cedere cogit.* | 4694 |
| 734 | 8 | *Carolus Friſiis ſubactis idola deorum deiicit, ut ſimul omnes Chriſtũ colerent profiterentúrque.* | 4695 |
| 735 | 9 | *Secundum bellum Saracenum.* *Saraceni denuo ex Hiſpania in Galliã, ut ſe ulciſcãtur, cõtendunt. cum Gotthis, acceptis inuicem obſidibus, ſocietatẽ ineunt. proditione Auenionem occupant.* | 4696 |
| 736 | 10 | *Martellus illico cum auxilijs & ingentibus copijs urbem expugnat. Athinus rex Saracenorũ nauicula elapſus, Narbonẽ profugit. Amoreus rex Saracenorũ* | 4697 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 736 | | *alter opem ſuis laturus, ad Illiberim ad internecionem cæſus eſt. Athinus relicta Narbone fugit. Martellus reliquias belli perſequitur, multarū urbium incendijs. Hoc principe à bello uix militi licebat reſpirare, qua re nobilitas longè melior & præſtantior erat.* | 4697 |
| 737 | 11 | | 4698 |
| 738 | 12 | | 4699 |
| 739 | 13 | | 4700 |
| 740 | 14 | | 4701 |
| 741 | 15 | *Rex obit mēſe Iunio, ſepultus in D. Dioniſij æde.* XI. CAL. *Nouēb. Car. Martellus princeps Cariſiaci propter Iſaram è uiuis exceſſit, cōditus in Mauſoleo Dionyſiaco in ordine regum. Fabulantur ad inferos damnatum, quia decumarum aliquid acceperat, ut nobilibus ſtipendia facientibus, ob labores, pericula, & rerū ſuarū dāna, quæ in bello Saraceno acceperant, aliqua ex parte ſatisfaceret. Filij ſuccedunt Carolomanus Auſtraſiæ, Pipinus Breuis Franciæ præfecturā obtinet. Aegidius archiepiſcopus Rotomagenſium.* | 4702 |
| 742 | 1 | CHILDERICVS STVPIDVS XI. REX ANN. IX. — *Gripho hæreditate priuatus, Laudunum arcem belli occupauerat, mox fratribus in fidē ſe permittere cogitur.* | 4703 |
| 743 | 2 | | 4704 |
| 744 | 3 | | 4705 |
| 745 | 4 | | 4706 |
| 746 | 5 | *Carolomanus Roma rediens, obiectus o-* | 4707 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 746 | | mnibus fortunis, in cœnobium ſeceßit, incluſitq́; , quod in monte Soracte ædificauerat. Sed quia in loco frequenti nimium & cõſpicuo ſitum erat, nempe ad uiam, in montem Caßinum migrauit, tonſu habituq́; monachi accepto. | 4707 |
| 747 | 6 | Gripho, noua ſemper in fratrem machinatus, quorum exitum nullum reperire | 4708 |
| 748 | 7 | poterat, in tranſitu Alpium à Theodino Tranſiurano nobili occiditur. | 4709 |
| 749 | 8 | | 4710 |
| 750 | 9 | Childericus regno exactus, cogitur ſe monachum profiteri. A Pharamundo uſ ad Pipinũ ſũt anni 331. A Meroueo 302. A Clodoueo Chriſtiano 252. | 4711 |
| 751 | 1 | PIPINVS BREVIS XXII. REX ANN. XVIII. primus ex ſuo genere conſenſu nobilium, fauore & beneficio papæ Romani ungitur. Apud Aemyl. reponendum eſt 751. pro 701. | 4712 |
| 752 | 2 | Stephanus papa in Galliam profugus. | 4713 |
| 753 | 3 | Bonifacius Maguntinus pontifex. Pipinus aduerſus Aiſtulfum Longobardorum regem Italiam inuadit. | 4714 |
| 754 | 4 | | 4715 |
| 755 | 5 | Pipinus iterum intrauit in Italiã. Aiſtulfo deuicto, Max. Pontifici Ro. dona dedit, etiam exarchiam Rauennatiũ finibus bene maximis: nequis iſtã largitionem à Francis principibus ingratè iniuſtéque auferat, Cõſtantino Imp. adſcribens, quam Pipinus in eccleſiam Romanam cõtulit, inuito & reclamãte Græco | 4716 |
| 756 | 6 | eam quoq; poſſeßionem iuris Auguſtorũ eſſe. Illinc Pipinus primus eccleſiaſticos | 4717 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *Romanorum ritus, & cantuũ cæremonias in Franciam accepit, atque attulit: illúdq; negociũ Aegidio fratri (Remigiũ quidã uocãt) Rotomagenſiũ archiepiſcopo datum. Hæc ex Aemylio & alijs. Stephanus Pipinum Francorum regem & Ro. Patricium dicit.* | |
| 757 | 7 | *Rex Parlamentum in Francia inſtituit.* | 4718 |
| 758 | 8 | | 4719 |
| 759 | 9 | | 4720 |
| 760 | 10 | *Res his ferè annis aduerſus Vaifarum in Aquitania geſtæ.* | 4721 |
| 761 | 11 | | 4722 |
| 762 | 12 | | 4723 |
| 763 | 13 | | 4724 |
| 764 | 14 | *Fabulæ Roberti Neuſtrij, quẽ Diabolum dicunt, recenſentur his temporibus.* | 4725 |
| 765 | 15 | | 4726 |
| 766 | 16 | | 4727 |
| 767 | 17 | | 4728 |
| 768 | 18 | *Vaifarus à ſuis occiditur. Rex Pariſijs obit 8. Calendas Octobris. Alij annis 17. regnaſſe ſcribunt, relictis filijs regibus. Carolo Magno Sueßionibus, Carolomano Nouioduni.* | 4729 |
| 769 | 1 | CAROLVS MAGNVS XXIII. REX ANN. XLVI. *Aquitaniam & Vaſconiam recipit.* | 4730 |
| 770 | 2 | | 4731 |
| 771 | 3 | *Carolomanus rex moritur, cuius uxor Berta cum liberis, comite Audomaro, ad Deſiderium fugit.* | 4732 |
| 772 | 4 | *Initium belli Saxonici.* | 4733 |
| 773 | 5 | *Carolus ab Hadriano papa accerſitus, et* | 4734 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 773 | | in Italiam ingreſſus, cepit Deſiderium Longobardorum regem. Romæ donationem Pipini confirmauit, auxitq;. Synodum ſimul conſtituit, ac dignitatem, iusq; eligendi pontificis, & inueſtiturā illam epiſcoporū, pro remuneratione ab Adriano accepit. Patricius etiā primùm ab iſto creatus, Italiæ regnum per Francos Mediolani Papiæq; præfectos tenuit. Seruandum quoque ſtatuit, reuerſus in Galliam, in Mediomatricibus primùm, atque inde per uniuerſas Galliæ eccleſias ritum & conſuetudinem Rom. | 4734 |
| 774 | 6 | | 4735 |
| 775 | 7 | | 4736 |
| 776 | 8 | | 4737 |
| 777 | 9 | | 4738 |
| 778 | 10 | Euerſa Pampelone, Ibnabala regulus Cæſarauguſtæ reſtituitur. Hiſpani Chriſtianiſſimum accipere, & uectigal ſoluere coacti. | 4739 |
| 779 | 11 | | 4740 |
| 780 | 12 | | 4741 |
| 781 | 13 | | 4742 |
| 782 | 14 | | 4743 |
| 783 | 15 | | 4744 |
| 784 | 16 | | 4745 |
| 785 | 17 | | 4746 |
| 786 | 18 | | 4747 |
| 787 | 19 | | 4748 |
| 788 | 20 | | 4749 |
| 789 | 21 | | 4750 |
| 790 | 22 | | 4751 |
| 791 | 23 | Bellum Hunnicum, quod ante annum octauum finem non accepit. Palmerius. | 4752 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|---|
| | | *Carolus Magnus ſcholam Pariſiorum inſtituit, opera Alcuini, & Claudij Clementis.* | | |
| 792 | 24 | | | 4753 |
| 793 | 25 | | | 4754 |
| 794 | 26 | | | 4755 |
| 795 | 27 | | | 4756 |
| 796 | 28 | | | 4757 |
| 797 | 29 | | | 4758 |
| 798 | 30 | | | 4759 |
| 799 | 31 | | | 4760 |
| 800 | 32 | Anni Imperij | *Turpinus Rhemorū pontifex Romæ natali Chriſti à Leone papa diadema impoſitum acc.pit.* | 4761 |
| 801 | 33 | I | CAROLVS MAGNVS IMP. AVGVSTVS. *Caroli Magni liberi prouincias acceperūt à patre regendas, Carolus ætate grandior Pannonias, Pipinus Italiæ regnū, Ludouicus Aquitaniā. Carolus & Nicephorus diui-* | 4762 |
| 802 | 34 | 2 | *ſerunt imperium, ſicq; inter ipſos conuentum eſt, ut qui in Cæſarum familiā Auguſtorúmque nomen ſuccederent, Imperatores dicerentur, alter quidem Orientis, alter Occidentis.* | 4763 |
| 803 | 35 | 3 | | 4764 |
| 804 | 36 | 4 | | 4765 |
| 805 | 37 | 5 | *Saxones perpetuò rebellātes, perpetuoq; uicti, coacti Romanam religionem acceperunt.* | 4766 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|---|
| | | | Belli Saxonici finis. | |
| 806 | 38 | 6 | | 4767 |
| 807 | 39 | 7 | | 4768 |
| 808 | 40 | 8 | | 4769 |
| 809 | 41 | 9 | | 4770 |
| 810 | 42 | 10 | Pipinus Mediolani, 8. Id. Iul. | 4771 |
| 811 | 43 | 11 | Carolus in Bauaria, prid. Non. Decemb. moritur. | 4772 |
| 812 | 44 | 12 | | 4773 |
| 813 | 45 | 13 | Bernardũ nepotẽ ex Pipino, Italiæ regẽ eſſe ſtatuit Auguſtus. Ludouicũ filium ſibi cooptat, & Cæſarẽ creari uult. Quinque concilia pro ſtatu eccleſiaſtico celebranda iuſsit, Maguntinum, Rhemẽſe, Turonenſe, Cauillonẽſe, Arelatenſe. Aemylius hoc Arelati habitum ſcribit. | 4774 |
| 814 | 46 | 14 | | 4775 |
| 815 | 1 | | Aquiſgrani obijt V. Cal. Feb. Regni anno 47. ætatis 72. LVDOVIC. PIVS IMP. AVG. XXIIII. REX ANN. XXVI. | 4776 |
| 816 | 2 | | Vaſcones recepti. Stephanus papa in Galliam uenit, coronauitque Aquiſgrani Ludouicum Imperatorem. | 4777 |
| 817 | 3 | | Reges filios creauit, Lotarium Italiæ, Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Noricorum. | 4778 |
| 818 | 4 | | Bernardi Italiæ regis interitus, quòd patruo imperatori rebellauiſſet. Vinomarchus qui ſe Britanniæ regulum fecerat, oppreſſus eſt. | 4779 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 819 | 5 | | 4780 |
| 820 | 6 | | 4781 |
| 821 | 7 | *Imperator Herioldum Daniæ regem reſtituit. Sigibertus anno 816. expulſum eſſe ait, quo alij reſtitutum affirmant.* | 4782 |
| 822 | 8 | | 4783 |
| 823 | 9 | *Lotarius patre uiuente rex & Auguſtus à Paſchale papa coronatur. Drogo nothus frater Auguſti epiſcopus Mediomatricum.* | 4784 |
| 824 | 10 | | 4785 |
| 825 | 11 | | 4786 |
| 826 | 12 | | 4787 |
| 627 | 13 | | 4788 |
| 828 | 14 | | 4789 |
| 829 | 15 | *Coniuratio filiorũ & optimatũ maximè pontificum in Ludouicum imperatorem.* | 4790 |
| 830 | 16 | *Synodum Imperator habuit, in qua uanitates ueſtium, luxusq́; gemmarum, & auri & argenti nimia pompa eccleſiaſticis interdicta ſunt. Vtinam noſtris temporibus Ludouice uiueres. Iacobus Vuympfelingus. Conſilio etiam Gregorij PP. Imperator ſtatuit ut in Gallia & Germania celebraretur dies feſtus omnium Sanctorum Cal. Nouemb.* | 4791 |
| 831 | 17 | | 4792 |
| 832 | 18 | | 4793 |
| 833 | 19 | *Imperator parum prouidus à filijs captus, perignauiam atque ſocordiam ab* | 4794 |
| 834 | 20 | *imperio præter ſpem depellitur, & in cœnobium detruditur. Eodem anno in imperium reſtituitur: quo facto Lotarius pedem retulit in Italiã. Ludouicus uxorem Auguſtam recepit.* | 4795 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 835 | 21 | | |
| 836 | 22 | | 4796 |
| 837 | 23 | *Normani Gallias infeſtant.* | 4797 |
| 838 | 24 | *Pipinus Pipini F. poſſeſsiones defuncti patris in* Aquitania *adit, nulla facultate impetrata aut petita ab auo uiro ſanè probiſsimo & indulgentiſsimo.* | 4798 |
| | | | 4799 |
| 839 | 25 | *Ludouicus* Lotario *data fide ad ſe uenienti reconciliatur, eíque dignitatẽ imperij, regníque tribuit coronam.* *Ludouicus* Carolum Caluum *filiorum minimum* Neuſtriæ *regem facit.* | 4800 |
| 840 | 26 | XII. CAL. IVNII *moritur, 27.* Aemyl. *In* Mediomatricibus *ſepultus.* | 4801 |
| 841 | 1 | CAROL. CALVVS XXV. REX ANN. XXXVIII. | 4802 |
| 842 | 2 | *Bellum fraternum utrinque atrox & cruentum die reſurrectionis Chriſti ad* | 4803 |
| 843 | 3 | Fontoniacum *in altiſsioaorenſibus. fœdus his conditionibus initum, ut* Carolus Caluus *rex eſſet* Frãciæ, *quæ* Britannicum *oceanum &* Moſam *terminos haberet,* Ludouicus Germaniæ Hunniæq;, Lotarius Italiam, *& imperium haberet in gentes reliquas,* Prouinciam, *& eam* Galliæ *partem, quæ nunc* Lotaringia *à ſuo rege dicta eſt, olim* Auſtraſiæ Mediomatricumq; *regnum.* Pipinus *&* Carolus *fratris filij hæreditate paterna fruſtrati, in cœnobium poſtea coniecti.* | 4804 |
| 844 | 4 | Carolus Caluus, *primus* Francici *ſanguinis, cui ſeparatim contigit quod uerè* Franciæ *regnũ nunc dicitur. Nã* Carolus Magnus, *& alij qui ætate præceſſerant,* Germanicũ *quiddã referebant.* | 4805 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *Hi tres fratres in colloquiũ Virduni uenerunt, & quam diximus hæreditariã diuiſionem ratam habuerunt.* | |
| 845 | 5 | | 4806 |
| 846 | 6 | *Normani piratæ ditionẽ Caroli infeſtãt. In Chronico P. C. Phrygio redegit in annos decẽ uniuerſum bellũ quod Caluus nõ ſatis proſperè cũ Britannis geſsit.* | 4807 |
| 847 | 7 | | 4808 |
| 848 | 8 | | 4809 |
| 849 | 9 | | 4810 |
| 850 | 10 | | 4811 |
| 851 | 11 | | 4812 |
| 852 | 12 | | 4813 |
| 853 | 13 | *Normani piratæ magno cũ terrore Nannetes inuadunt, quorum moleſtæ incurſiones in longum tempus tum in Aquitania tum in Gallia durarunt.* | 4814 |
| 854 | 14 | | 4815 |
| 855 | 15 | *Lotarius ſe monachum profeſſus, filios relinquit,* | 4816 |
| 856 | 16 | *Ludouicũ imperatorẽ Italiæ, Carollum regem prouinciæ, Lotarium Lotaringiæ.* | 4817 |
| 857 | 17 | | 4818 |
| 858 | 18 | | 4819 |
| 859 | 19 | | 4820 |
| 860 | 20 | *Neometricij reguli mors, belli Britannici finis fuit.* <br> *Heriſpeus filius dux dat ſe in fidem & clientelam regi.* | 4821 |
| 861 | 21 | | 4822 |
| 862 | 22 | | 4823 |
| 863 | 23 | | 4824 |
| 864 | 24 | *Balduinus primus Flandriæ comes.* | 4825 |
| 865 | 25 | | 4826 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 866 | 26 | Cũ Normanis in eaſdẽ regiones, in quas antè, ĩcurſiones faciẽtibus rex paciſcitur. | 4827 |
| 867 | 27 | | |
| 868 | 28 | | 4828 |
| 869 | 29 | | 4829 |
| 870 | 30 | | 4830 |
| 871 | 31 | | 4831 |
| 872 | 32 | | 4832 |
| 873 | 33 | | 4833 |
| 874 | 34 | | 4834 |
| | | | 4835 |
| 875 | 35 | *Robertus comes Andium, & Ranulfus Aquitaniæ dux, in bello aduerſus Normanos cadunt. Salomon Britãnus, Heriſpei F. Francis ſuppetias tulit. Caluus non tanti fecit dubiam uictoriam belli, quanti Normanorum præſentẽ pecuniã: itaq; precio illis poteſtas abeũdi facta eſt.* | 4836 |
| 876 | 36 | 1 \| *Carolus Caluus imperator Aug. auri & argenti ui maxima, φιλαυτία atq; luxuria delectabatur. Corona diadematéq; ſerico immodicè & ſuperbè uſus eſt. Veſtem præterea Dalmaticã magis quàm reges ſuperiores induebatur, in omne genus luxus paratior, quàm in rebus agendis audacior aut conſtantior.* | 4837 |
| 877 | 37 | *Quò poteſtatem ſuam in regibus creandis monſtraret, Boſſonem Iudithæ uxoris ſuæ Auguſtæ fratrem, Hemengardæ defuncti Ludouici imperatoris filiæ uirum regem Prouinciæ facit.* | 4838 |
| 878 | 38 | 2 \| *Caluus Mantuæ correptus morbo pridie Id. Octobris moritur, accepto ueneno à Sedechia medico ſuo.* | 4839 |
| 879 | 1 | LVDOVICVS BALBVS IMP. XXVI REX ANN. II. | 4840 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *Papa Iohannes in Galliam ſe confert, à quo coronam accipit Balbus Auguſtus.* | |
| 880 | 2 | *Compēdij obijt Id. April. die ſancto quo ſupplicium paſſus eſt Chriſtus, uxore relicta grauida, quæ Simplicē peperit, cui Odo Roberti Andegauen. filius, in ſpem uentris fuit à patre deſignatus tutor. Balduiuus Caluus Flandriæ comes.* | 4841 |
| 881 | 1 | LVDOVICVS ET CAROLOMANVS XXVII. REG. AN. V. *Regnum penè redit ad Germanos. Boſſo tyrannidem occupare parat. Illi duo nothi ex Balbo obtinent, atque initio feliciter rem gerūt aduerſus Normanos &* | 4842 |
| 882 | 2 | *Danos, qui numeroſo exercitu atque ingentibus animis ſacra prophanaq; igni ferroq; in Gallia per totum quinquenniū crudeliter uaſtabant. Gotthofredus & Sigifredus reges Normanorum.* | 4843 |
| 883 | 3 | *Normani Treuiros & Mediomatrices occupant.* | 4844 |
| 884 | 4 | *Ludouicus moritur. Hoc in loco cuiuſdam Ludouici Nihili, hanc appellationem ſortiti, quòd nunquam rem geſſerit, mentionem faciunt hiſtorici, qui hæres & filius Carolomani fuit. Rerum temporisq; ob mutationem cōfuſio hoc in loco facit, ut paucis ijs etiā propius intuentibus intellecta ſit hiſtoria. Interpoſita eſt fortaſſe à nonnullis ſimplicitas atque* ευήθεια *Caroli Ludouici Balbi Poſthumi, qui poſtea iuſtā adeptus ætatē regnabit.* | 4845 |
| 885 | 5 | *Carolomani interitus.* | 4846 |
| 886 | 1 | 6 \| CAROLVS CRASSVS IMP. XXVIII. REX AN. V. | 4847 |

| Anni Christi | Anni Regni | Anni Imperij | | Anni Mũd |
|---|---|---|---|---|
| 886 | | | Accerſitus imperij ſui anno 6. ob Normanorũ motus & infeſtationes. Normani Lutetiã obſident. Hẽricus dux | 4847 |
| 887 | 2 | 7 | ab illis perimitur in ultionem Gotthofredi regis occiſi. | 4848 |
| 888 | 3 | 8 | Neuſtria Normanis ad incolendũ data, ex quo huic no- | 4849 |
| 889 | 4 | 9 | ſtræ Normaniæ nomen eſt. | 4850 |
| 890 | 5 | 10 | Arnulfus curator datus Carolo Imperatori patruo, hoc anno illius nomine ſummam rerum habuit. | 4851 |
| 891 | 1 | | ODO XXIX. REX ANN. IX. Arnulfus Auguſtus ſalutatus, regnum etiam occupare ſtudet: ſed Odo Roberti Andiũ ducis filius, alienus à genere Caroli Magni, tutor regnare iuſſus, quẽ unxit Valterus archiepiſcopus Senonum. Odo Robertum fratrem comitem Pariſiorum eundem M.Eq. dicit. Francis infeſti eſſe nõ ceſſant Normani. | 4852 |
| 892 | 2 | | Francorum proceres Odonem uirum ſanè probum timentes, æmulatione partiũ ac decreto facto in Aquitaniam regnaturum remittunt, accepto rege ante tempus ſimplice adoleſcentulo, per rerum nouarum ſtudium, & quandam animi leuitatem. Illi autem utrinque inimicitias accendebant, pupillum aduerſus tutorẽ committentes. Carolus ſimplex annũ agens ætatis duodecimũ, primùm inungitur. Hic Sigibertus falſò annum ſupputat 894. Prætereundum non eſt Odonem in Galliã attuliſſe nobile illud ſignũ | 4853 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *innumeris pictū & ſparſum lilijs, quod ad Caroli Sexti tempora durauit.* | |
| 893 | 3 | *Remigius Altiſsiodorenſis.* | 4854 |
| 894 | 4 | | 4855 |
| 895 | 5 | | 4856 |
| 896 | 6 | *Carolus auxilijs Arnulfi Aug. contendit cum Odone, ſed fruſtra.* | 4857 |
| 897 | 7 | | 4858 |
| 898 | 8 | | 4859 |
| 899 | 9 | | 4860 |
| 900 | 1 | CAROLVS SIMPLEX LVDOVICI BALBI F. 30. REX AN. 27. *Odo circa initium anni 10. quū regnare cœpit, animam agens, coram proceribus pupillo regnum iubet reſtitui, cuius adminiſtrationē ſumpto regis titulo & authoritate antea meritò ob magna rerum negocia acceperat. Simplex autem iuſtus hæres adoleſcentior incautè imperitéque regnat. Illa eſt tamen eius pijſſima & ſanctiſsima cōſtitutio de facultatibus eccleſiaſticis, cuius hodie meminiſſe nos certe conuenit. Quòd à multis annis ſummi proceres profani cœnobiarchias atque maximos prouentus beneficio regum occupabant, iam epiſcoporum iura inuadebant, Rex coacto concilio ius cauſſámque epiſcoporū defendit ac ſtabilijt, eò ſpectans, ut mox cœnobia in libertatē, quod tunc præſtari difficile erat, uindicaret, atque aſſereret.* P. Aemy. *Bellum domeſticū, factionéſque Roberti Othonis fratris pro regno occupādo. Fulco Rhemorum archiepiſcopus occiditur.* | 4861 |
| 901 | 2 | | 4862 |

| *Anni Chriſti* | *Anni* Regni | | *Anni Mũd* |
|---|---|---|---|
| 902 | 3 | | 4863 |
| 903 | 4 | | 4864 |
| 904 | 5 | | 4865 |
| 905 | 6 | | 486 |
| 906 | 7 | | 486 |
| 907 | 8 | | 486 |
| 908 | 9 | | 486 |
| 909 | 10 | | 4870 |
| 910 | 11 | *Finis belli* Normanici. | 4871 |
| 911 | 12 | | 4872 |
| 912 | 13 | R*hollo primus dux* Normaniæ. | 487 |
| 913 | 14 | | 4874 |
| 914 | 15 | | 487 |
| 915 | 16 | | 4876 |
| 916 | 17 | *Simplex uirtute ſuorum* Lotaringiã re-*cipit Aemyl.* | 4877 |
| 917 | 18 | | 4878 |
| 918 | 19 | | 4879 |
| 919 | 20 | T*ot diſſidia & rerũ fluctus ĩ* G*allia extitere à* C*arolo* B*albo ad mortẽ* C*aroli Sĩplicis, ut uix certò ſciri poſſit quis potiſſimũ regnarit.* A*rnulfus magnus* F*lãdrie comes* | 488 |
| 920 | 21 | | 488 |
| 921 | 22 | | 488 |
| 922 | 23 | I*n Sueſſionibus pugna inter* C*arolũ Sĩplicẽ, &* R*obertũ* O*donis fratrẽ regni æmulũ iam coronatũ ab* H*erueo* R*hemorũ pontifice.* R*obertus occiditur. Simplex uictor perinde ac ſi uictus eſſet, animo demiſſo, reddit* L*otaringiã* G*ermanorũ regi, quò maius ab illo auxiliũ impetraret, quemadmodũ antea cõſtituerat, ſe,* F*ranciamq́;, ut ſe tutũ præſtaret aduerſus* R*obertum, illi ſubijcere.* H*ebertus regem captum* P*eronæ in cuſtodia habuit.* | 488 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 923 | 24 | | 4884 |
| 924 | 25 | *Simplex cogitur regnum dare* Rhodulpho *Burgundioni* R*icardi filio*. | 4885 |
| 625 | 26 | | 4886 |
| 926 | 27 | *Poſt innumeras miſerias Peronæ animam egit.* | 4887 |
| 927 | 1 | RHODVLPHVS BVRGVNDIO XXXI. REX ANN. II. *Apud Sueſſiões regiã coronã ſuſcepit* III. Id.*Iul.regnauitq́;per duos tãtùm annos, ut* D. *Dionyſij habẽt* Chronica, *Sigibertus*, Phrygio. *Verùm* P.*Aemylius*,R.*Gaguinus,& alij multi aſſerũt regnaſſe per* XII. *ferè annos uſque ad ann.*937. | 4888 |
| 928 | 2 | | 4889 |
| 929 | 1 | LVDOVICVS TRANSMARINVS XXXII. REX ANN. XXVII. *Simplicis filius poſt patris aduerſam fortunam ad auunculũ* Angliæ *regem cum matre* O*ginia profugerat.* L*auduni* XIII. Cal.*Iun. rex ſacratur. De regno eſt inter* L*udouicũ ex* A*nglia reuerſum &* R*odulphum* B*urgundionem controuerſia*. | 4890 |
| 930 | 2 | | 4891 |
| 931 | 3 | | 4892 |
| 932 | 4 | | 4893 |
| 923 | 5 | | 4894 |
| 934 | 6 | | 4895 |
| 935 | 7 | | 4896 |
| 936 | 8 | | 4897 |
| 937 | 9 | R*hodulphus* B*urgundio* XVIII. Cal. *Iunij moritur* A*ltiſsiodori, atque in* S*enonibus ſepultus.* L*udouicus ſolus.* | 4898 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 938 | 10 | | 4899 |
| 939 | 11 | | 4900 |
| 940 | 12 | | 4901 |
| 941 | 13 | Rex aduerſus Othonem Cæſarem Lotaringiam ingreditur ad Breſacum uſque. | 4902 |
| 942 | 14 | Gerberga uidua Giſleberti ab Othone fratre inter fœdus ineundũ Ludouico datur in matrimoniũ ex Alſatia decedenti. | 4903 |
| 943 | 15 | | 4904 |
| 944 | 16 | | 4905 |
| 945 | 17 | Dira fame & cõtentionibus multũ uexatur Gallia. Hugo magnus filius Roberti ad Sueßiones cæſi, à rege deficit, renouatq́; de regni controuerſia bellum. | 4906 |
| 946 | 18 | | 4907 |
| 947 | 19 | | 4908 |
| 948 | 20 | Hugonis Pariſienſis factio & potentia magna regi exhibuerunt negocia. Quidam aiunt regem iſtius opera, ſuorum proditione à Normanis captum, & Laudunum in publicum carcerem ductum atque coniectum. | 4909 |
| 949 | 21 | Otho Impe. multum in Franciam penetrat, ut Hugone & Normanis uictis regem in ſtatum reſtituat. | 4910 |
| 950 | 22 | Hugo Imperatori ad Charum ſe futurũ in eius poteſtate profitetur, metuens eius reditum in Franciam. | 4911 |
| 951 | 23 | | 4912 |
| 952 | 24 | | 4913 |
| 953 | 25 | | 4914 |
| 954 | 26 | | 4915 |
| 955 | 27 | Ludouicus apud Rhemos ſepultus, ubi Lotarius eius F. Id. Nouemb. corona inſignitur. | 4916 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 956 | 1 | LOTARIVS 33. REX AN. 31. | 4917 |
| 957 | 2 | *Cal. Iul.* Hugo Magnus *è uita excedit annoſus multum, in cœnobio* D. Diony-*nij ſepultus.* | 4918 |
| 958 | 3 | *Balduinus* Iunior *Arnulſi* F. *Flandriæ Comes, qui patrem morte præuenit.* | 4919 |
| 959 | 4 | | 4920 |
| 960 | 5 | | 4921 |
| 961 | 6 | | 4922 |
| 962 | 7 | | 4923 |
| 963 | 8 | | 4924 |
| 964 | 9 | *Arnulſus iunior Arnulſi nepos*, Flan-*driæ* Comes. | 4925 |
| 965 | 10 | | 4926 |
| 966 | 11 | | 4927 |
| 967 | 12 | *Inimicitiæ & bellum inter* Theobaldum *Carnutum* Comitem, & Ricardū Nor-*man.*Ducem. | 4928 |
| 968 | 13 | | 4929 |
| 969 | 14 | | 4930 |
| 970 | 15 | | 4931 |
| 971 | 16 | | 4932 |
| 972 | 17 | | 4933 |
| 973 | 18 | | 4934 |
| 974 | 19 | | 4935 |
| 975 | 20 | | 4936 |
| 976 | 21 | | 4937 |
| 977 | 22 | *Carolus regis frater dono ab* Othone *ſe-cundo* Imp. Lotaringiæ *ducatū accipit.* Rex *Imperatorem bello adortus penè op primit. is uiciſsim à* Calend. Octobris *ad* Calendas Decemb. *regē perſecutus, præ-ter templa, réſque ſacras, nihil non fun-ditus euertit* Lutetiam *uſque: ſed pedem* | 4938 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 977 | | *cum ſuis referre coactus, eorum plurimos cum uniuerſis impedimentis amiſit.* | 4938 |
| 978 | 23 | | 4939 |
| 979 | 24 | | 4940 |
| 980 | 25 | *Ad Charum fluuium ab Othone & rege itur in colloquiū: ubi iureiurando ſancitum eſt fœdus.* | 4941 |
| 981 | 26 | | 4942 |
| 982 | 27 | | 4943 |
| 983 | 28 | | 4944 |
| 984 | 29 | *Nouo Imperatori rex Lotaringiæ Ducatum inuidebat: quem cum inuaſiſſet, pòſt paulò fœdus inierunt.* | 4945 |
| 985 | 30 | | 4946 |
| 986 | 31 | *Rex Rhemis obiit. Ludouicus eius F. rex generis Caroli magni, & Francorū poſtremus, per annū & paulo amplius cū regnaſſet, ueneno periȷt, Cōpendijq; ſepultus eſt, ſui tantùm nominis memoriā relinquens. A Pharamundo uſque ad Hugonem Capetum anni ſunt 568, à Clodoueo Chriſtiano 487, à Pipino 237.* | 4947 |
| 987 | 1 | LVDOVICVS QVINTVS XXXIIII. REX AN. I. | 4948 |
| 988 | 1 | *Tertium Regum Frāciæ genus, quod uſque ad noſtra tempora regnat.* HVGO CAPETVS XXXV, ET PRIMVS GALLVS GALLORVM REX ANN. IX. *Pariſiorū Comes ui & militum fauore primùm Nouioduni rex ſalutatus, mox Rhemis conſecratur & inungitur. Dantes poeta Florentinus in ſuo purgatorio ſcribit huius auum paternum lanium fuiſſe. Credibile nō eſt Gallorū tā nobilia Stēmata* | 4949 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *ex tā humili & obſcuro loco duxiſſe ori-<br>ginem.* Carolus Lotaringiæ & Braban<br>tiæ Dux *patruus* Ludouici *defuncti*, Gal<br>*liæ fines ingreſſus ad regnum occupan-<br>dū, deinde hoſtis cōtemptu negligentior<br>factus*, Lauduni *ſe cum uxore obſideri<br>paſſus, proditione Aſcellini epiſcopi ab*<br>Hugone *capitur, &* Aurelianum *in cu-* | |
| 989 | 2 | *ſtodiam mittitur.* Bellū *quadriennio ge-<br>ſtum eſt.* Ideo *à nobilibus reiectus* Lota- | 4950 |
| 990 | 3 | *ringiæ* Dux, *quod nimium* Germanis, *in<br>quorum iterum manus recidere metue-* | 4951 |
| 991 | 4 | *bant, faueret. & ferè ſit, ut minus gra-<br>ti ſint principes exteri ac opibus & gra-<br>tia florentes, quàm domeſtici & parum<br>potentes: quod à* Germanis *diligentiſſi-<br>me obſeruatur, qui è ſuis tantum ſolent<br>imperatores deligere, libertati à poten-<br>tioribus ac magnanimis metuētes* ἀλλὰ | 4952 |
| 992 | 5 | ταῦτα μὲν παρέργως: Hugo Arnulfum<br>*defuncti* Lotarij *regis fratrem illegitimū*<br>Rhemorū *archiepiſcopum in familiæ &<br>gentis odiū mittit* Aurelianū *in carcerē.*<br>Gilbertus Aquitanus Philoſophus, *qui<br>poſtea opera imperatoris papatū eſt ade-<br>ptus, ſubſtituitur.* Seuinus (Sergiū *alij uo<br>cant*) Senonū *archiepiſcopus unà in car-<br>cere ad triennium aſſeruatur, quòd non<br>approbaſſet hanc inquam* Arnulfi *pri-<br>uationem: tandem uterque archiepiſco-<br>pus ſuo gregi reſtitutus eſt à papa* Iohāne.<br>Hugo *cum annum ſolus regnaſſet*, Ro-<br>*bertum filium liberalioribus literis inſti-<br>tutum* Aureliani *coronandum curauit.*<br>Nam *ipſe neque diademate neque regijs* | 4953 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 992 | | inſignibus unquam, ſed tantùm ui & armis uſus eſt. Pater primum geſsit bellum aduerſus obnitentem Comitem Flādriæ Arnulfum propinquum antiquo Francorum generi, qui huic omnino regis nouitati contradicebat: à quo Atrebatenſis Comitatus uiribus ablatus, ſed poſtea deprecatore Ricardo Normanorū duce reſtitutus. itaque inter illos pax conſtituta. | 4953 |
| 993 | 6 | | 4954 |
| 994 | 7 | Sabaudiæ domus apud Allobrogas in Comitatum primùm ergitur. | 4955 |
| 995 | 8 | | 4956 |
| 996 | 9 | Obijt circa initium anni IX. ex quo regnare cœperat, in templo D. Dionyſij conditus. | 4957 |
| 997 | 1 | ROBERTVS, SOLVS, XXXVI. REX ANN. XXXIIII. literatus, ſtudioſus, religioſus, pius. | 4958 |
| 998 | 2 | | 4959 |
| 999 | 3 | | 4960 |
| 1000 | 4 | Rex religionis gratia Romam petit. | 4961 |
| 1001 | 5 | Henricus dux Burgundiæ, quòd liberos nullos ſuſcepiſſet, ducatum ſuum regi teſtamento legat naturæ concedens. quem cum rex poſsidere cœpiſſet, cōfeſtim Ro- | 4962 |
| 1002 | 6 | berto filio tradit, eúmque mittit aduerſus Landricum Niuernen. Comitē Burgundionibus acceptiſsimum: uictus tamen, & redditus ab Altiſsiodorenſibus. Balduinus Barbatus Flandriæ Comes, | 4963 |
| 1003 | 7 | Seuinus Senonenſis archiepiſcopus obit, cuius archiepiſcopatus ob eligendi contentionem annum uacauit. | 4964 |
| 1004 | 8 | Senonū urbs ob Comitis Reginaldi ſce- | 4965 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *lus confiſcatur, & regis patrimonio adijcitur.* | |
| 1005 | 9 | Gotthofredus Gotthofredi Arduenſis filius poſt Othonis Ducis obitum dono ab Imperatore Lotaringiæ ducatū accipit. | 4966 |
| 1006 | 10 | Rex cum Ricardo Normaniæ Duce Valentianas proficiſcitur ſuppetias laturus Balduino Flandriæ Comiti, quas is contra Henricum Imp. occupauerat. Incredibilis fames & peſtis. | 4967 |
| 1007 | 11 | | 4968 |
| 1008 | 12 | | 4969 |
| 1009 | 13 | | 4970 |
| 1010 | 14 | | 4971 |
| 1011 | 15 | | 4972 |
| 1012 | 16 | | 4973 |
| 1013 | 17 | | 4974 |
| 1014 | 18 | | 4975 |
| 1015 | 19 | | 4976 |
| 1016 | 20 | | 4977 |
| 1017 | 21 | | 4978 |
| 1018 | 22 | | 4979 |
| 1019 | 23 | | 4980 |
| 1020 | 24 | | 4981 |
| 1021 | 25 | | 4982 |
| 1022 | 26 | | 4983 |
| 1023 | 27 | Rex & Imperator Enoli ſecundū Charum conueniunt, illicq; de rebus cum eccleſiaſticis tum regijs uerba conferunt. | 4984 |
| 1024 | 28 | Rex Hugonem filium Compendij coronandū curat, qui patrē morte præuenit. | 4985 |
| 1025 | 29 | | 4986 |
| 1026 | 30 | | 4987 |
| 1027 | 31 | | 4988 |
| 1028 | 32 | | 4989 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1029 | 33 | | 4990 |
| 1030 | 34 | *Numerus annorum regni* Roberti à Ga-*guino negligenter obſeruatus, & alijs hiſtoricis: qui ubiq; ferè tempora nullo habito delectu confuderunt. obijt rex* Meloduni: *cuius cadauer in cœnobiū* D. Dionyſij *trāſlatum eſt*. Henricum *filiū* Rhemis *antè coronandum curauerat, quem teſtamento hæredem relinquit.* | 4991 |
| 1031 | 1 | HENRICVS XXXVII. REX ANN. XXX. *Contendunt* Henricus & Robertus *fratres ſuper regni ſucceßione*. Henrici *partes* Robertus Normaniæ *Dux ſequitur:* Odo *Campaniæ, &* Balduinus Flandriæ *Comites*, Roberti. Bochetus Gaguinum *reprehendens aſſerit* Robertum *natu minorem, cui nunquam fauit* Conſtantia *mater, quæ obierit anno quīto regni mariti, alia à rege in eius locum ducta defuncti Comitis* Nouioduni *filia, quare lapſi omnes eſſēt. ſed fortè reprehenſor iſte fallitur.* | 4992 |
| 1032 | 2 | | 4993 |
| 1033 | 3 | *Incendium patitur* Lutetia.<br>Odo & Balduinus *ab* Henrico *uicti*.<br>*Fratres in concordiam ueniunt.* | 4994 |
| 1034 | 4 | Rhodulfus *Tranſiurenſis* Burgūdiæ *rex, cum annos 30 (*Aemylio *teſtante) in* Burgundionum *ſuorum nutu regnaſſet, regnum* Conrado Imperatoris *filio dat.* Odo Campanus *cum regnum illud iure hæreditario ſuum cenſeret, petere cœpit. quod cum negatum eſſet, armis inuaſit. Tunc in duas* Burgundia *prouincias diuiditur, Ducatum ſcilicet & Comitatū,* | 4995 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *ut pertineret Comitatus ad Imperij ditionem, Ducatus uerò ad regiam. Secundum Burgundionum regnum ad hæc tempora annos plus 130 durauit, ſub Arnulfo Imperatore inchoatum.* | |
| 1035 | 5 | | 4996 |
| 1036 | 6 | *Odo Bellouacenſis Comes cum Rogerio fratre Sacrocæſarienſi Comite, & epiſcopo Bellouacenſi Comitatum commutat. Rogerius Comitatum Bellouacen. epiſcopatui in perpetuum donauit. Balduinus Inſulanus pius Comes Flandriæ.* | 4697 |
| 1037 | 7 | *Odo à Gothello Lotaringo duce cæſus, Theobaldum & Stephanum filios hæredes relinquit.* | 4998 |
| 1038 | 8 | | 4999 |
| 1039 | 9 | | 5000 |
| 1040 | 10 | | 5001 |
| 1041 | 11 | | 5002 |
| 1042 | 12 | | 5003 |
| 1043 | 13 | | 5004 |
| 1044 | 14 | *Gotthofredus Martellus Andium Comes Theobaldũ Carnutũ Comitẽ intercipit.* | 5005 |
| 1045 | 15 | | 5006 |
| 1046 | 16 | | 5007 |
| 1047 | 17 | *Gulielmus Normanorum dux ex illegitimo matrimonio procreatus, ſuppetias Henrico rege ferente, ſuos Normanos ſuperat, in officioq; continet. Qui in Italiã Alpibus ſuperatis profugerant Normani, duce Gulielmo Montrolienſi Comite, deinde uiribus paulatim collectis Roberto Viſcardo Duce in Apulia & Calabria magas ſibi opes famamq; compararunt.* | 5008 |
| 1048 | 18 | | 5009 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1049 | 19 | | 5010 |
| 1050 | 20 | | 5011 |
| 1051 | 21 | *Berengarij hæreſis.* | 5012 |
| 1052 | 22 | | 5013 |
| 1053 | 23 | | 5014 |
| 1054 | 24 | | 5015 |
| 5055 | 25 | | 5016 |
| 5056 | 26 | | 5017 |
| 1057 | 27 | | 5018 |
| 1058 | 28 | *Alij hũc tantùm regnaſſe annos* XXVII. *aut* XXVIII. *tradunt.* | 5019 |
| 1059 | 29 | | 5020 |
| 1060 | 30 | *Henricus Philippũ filium regem creandum coronandumq́; Rhemis curat. Circa anni huius finem moriẽs, liberos, Philippum annos ferè* IX. *natum, & Hugonem minorem commendauit fidei Balduini Flãdriæ Comitis. Sepultus in templo* D. *Dionyſij.* | 5021 |
| 1061 | 1 | PHILIPPVS XXXVIII. REX ANN. XLIX. | 5022 |
| 1062 | 2 | *Balduinus pius regis tutor ſimulato in Saracenos bello, cum exercitu de induſtria morã trahens in Vaſconia quà iter eſt audaces nobilium animos non ſatis Regi audientes repreſſit.* | 5023 |
| 1063 | 3 | | 5024 |
| 1064 | 4 | | 5025 |
| 1065 | 5 | | 5026 |
| 1066 | 6 | | 5027 |
| 1067 | 7 | *Hoc rege è Gallis duæ prodierũt nobiliſſimæ familiæ, quæ apud exteros duo potentiſſima regna erexerunt. Gulielmus nothus Heraldo rege cæſo Angliã occupat. Gotthofredus uerò Bullionius terrã* | 5028 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | ſanctã & Hieroſolyma poſtea obtinebit. | |
| 1068 | 8 | Philippus uxorem ducit Bertã Balduini Comitis Hollandiæ & Friſiæ filiam. | 5029 |
| 1069 | 9 | | 5030 |
| 1070 | 10 | | 5031 |
| 1071 | 11 | Arnulfus Balduini F. Comes Flandriæ. | 5032 |
| 1072 | 12 | Robertus Friſius filijs fratris deuictis Flãdriam occupat. | 5033 |
| 1073 | 13 | | 5034 |
| 1074 | 14 | Grandimontenſium monachorum primordia authore Stephano Aruerno. | 5035 |
| 1075 | 15 | | 5036 |
| 1076 | 16 | | 5037 |
| 1077 | 17 | | 5038 |
| 1078 | 18 | Ordo Canonicorum regularium apud D. Quintinum Bellouacum. | 5039 |
| 1079 | 19 | | 5040 |
| 1080 | 20 | Gotthofredus Barbatus & Fulco Aſper contendunt ob ſucceſsionem auunculi Gotthofredi Martelli Comitis Andegauenſium. Rex ab Aſpero, quò neutri faueret, Vaſtinetum obtinuit. Barbatus à fratre interceptus, & in carcerem perpetuum miſſus. | 5041 |
| 1081 | 21 | | 5042 |
| 1082 | 22 | | 5043 |
| 1083 | 23 | | 5044 |
| 1084 | 24 | Initium ordinis Cartuſienſiũ authoribus Brunone Agrippinenſi ciue ſcholarũ Magiſtro, Rhemorumq; canonico, & Hugone Gratianopolitanorũ epiſcopo. | 5045 |
| 1085 | 25 | | 5046 |
| 1086 | 26 | Philippus Bertã Balduini Comitis Hollandiæ filiam repudiat, ex qua liberos ſuſceperat, Ludouicum Craſſum, & Cõ- | 5047 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1086 | | ſtantiam:à ſeq; illam ablegat Montroliũ maritimũ oppidum:in cuius locum Bertradam pellicem à marito Fulcone aſpero abductam publicè accipit: cuius cupidineo amore rex adeò occæcatus fuit, ut grauiſsima quæque totius regni ad illius arbitriũ & libidinẽ regerentur. Adulterij tempore Philippum Florũ & Cæciliam liberos ſuſcepit. Nec poſtea Bertam reuocaſſet, niſi ſummi pontifices Vrbanus & Paſchalis illi aqua & igni interdixiſſent. Hic uariant hiſtorici, quibuſdã aſſerentibus non omnino reſtitutam fuiſſe Vrbano ſecundo papa, ſed Paſchale. | 5047 |
| 1087 | 27 | | 5048 |
| 1088 | 28 | | 5049 |
| 1089 | 29 | | 5050 |
| 1090 | 30 | | 5051 |
| 1091 | 31 | | 5052 |
| 1092 | 32 | | 5053 |
| 1093 | 33 | Iuo epiſcopus Carnutum. | 5054 |
| 1094 | 34 | Robertus Hieroſolymitanus Comes Flandriæ. | 5055 |
| 1095 | 35 | Conciliũ Claromontanũ Vrbano papa: res eccleſiaſticæ reformatæ & cõpoſitæ. | 5056 |
| 1096 | 36 | De expeditione in terrã ſanctã deliberatur aduerſus Saracenos. Catalogus eorũ qui ex Gallijs Duces fuere illius belli. Petrus Ambianenſis Eremita. Ademarus Anicienſium epiſcopus. Gulielmus Arauſienſiũ epiſcopus. Hugo Magnus regis frater. BELLVM SACRVM IN SARACENOS. | 5057 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | Gotthoſredus Lotaringiæ Dux: Euſtathius, Balduinus, fratres, filij Euſtathij Comitis Bononiæ Belgicæ. Gotthofredus, ut nihil deſiceret, in ea expeditione urbem Mediomatricū ciuibus uendidit, ac Ducatum Bullionis ſperto Eburonum epiſcopo. Robertus Normaniæ Dux fratribus, quæ poſſidet, illius expeditionis gratia oppignerat. Robertus Flandrus. Raimundus Toloſas. Stephanus Bleſenſis. Arpinus Comes L X M. aureorum Bituriges Regi uendit. Bohemundus & Tancredus Itali, & multi alij ex Germania, Italia, Anglia, Scotia, & reliquo orbe Chriſtiano. Cōſtabat exercitus circiter D C. M. peditum. Otho pōtifex tradit C C C. M. pugnatorum. Galli uno conſenſu ab uniuerſis occiduis nationibus huic bello proper armorum peritiam præficiuntur. | |
| 1097 | 37 | Robertus è Lotaringia homo nobilis, potens, & literarum peritus, reiectis honoribus & diuitijs Chriſtū & paupertatē ſectans, Præmonſtratenſes inſtituit. | 5058 |
| 1098 | 38 | Ciſtertiēſis religionis fūdamēta iaciūtur. | 5059 |
| 1099 | 39 | Hieroſolyma 39. die obſidionis Id. Iul. (4. Nonas Aemy.) à Chriſtianis recepta. | 5060 |
| 1100 | 40 | GOTTHOFREDVS Rex terræ ſanctæ. Gotthofredi regis obitus 15. Cal. Auguſti. | 5061 |
| 1101 | 41 | Balduinus Hieroſolymorum Rex. | 5062 |
| 1102 | 42 | | 5063 |
| 1103 | 43 | | 5064 |
| 1104 | 44 | Ludouicus Craſſus iuuenis multū, antequā regia inſignis fieret corona, uiuente | 5065 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1104 | | *patre & permittente ſeditiones regni repreſſit, ius eccleſiæ tutatus eſt aduerſus* Bochardum Pariſienſem Montiſmorentiani *dominum,* Drocum Mōtiacum, Elbonem Roſciacum, Leonetum Magdunenſem, & Matthæum Bellomōtanum. | 5065 |
| 1105 | 45 | | 5066 |
| 1106 | 46 | Bohemundo, *cum in* Galliā *ueniſſet,* Rex Conſtantiam *filiam in matrimoniū dat. Alteram ex* Bertrada *genitam* Cæciliā Tancredo *abſenti ſpondet, atque mittit: deinde moriens* Tancredus Pontio Tripolitano *cōmendat, eiq; in uxorem dat.* | 5067 |
| 1107 | 47 | *Concilium* Tricaſſium *ſub papa* Paſchale *auxilium* Regis *petente aduerſus factionem* Imperatoris: *atque tum* Gregorij *papæ inſtitutum & decretū ſecutus, nuptias ſacerdotibus prohibuit, & ſimoniacis aqua & igni interdixit.* | 5068 |
| 1108 | 48 | | 5069 |
| 1109 | 49 | Meleduni Rex *decedit* 4. Cal. Auguſti. *ad* Benedicti *propter* Ligerim *ſepultus.* Craſſus 3. Nonas Auguſti *ſacratus & inunctus.* | 5070 |
| 1110 | 1 | LVDOVICVS CRASSVS 39. REX ANN. 28. Aureliani *in æde* D. Sanſonis *per* Gilbertum *archiepiſcopum* Senonum, Rhemis *ſibi id ſacri iuris deberi quanuis contendentibus.* | 5071 |
| 1111 | 2 | *Nobiles & principes ab* Anglo *rege adiuti in* Regem *mouent ſeditionem, quem* | 5072 |
| 1112 | 3 | *diu multúmque uexarunt: tandem tamen ſuperior euadit.* Inter *coniuratos* Philippus *regis frater nothus erat, qui cōiugē habebat filiā domini* Mōtis Letherici | 5073 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | Balduinus Securis Comes Flandriæ. | |
| 1113 | 4 | | 5074 |
| 1114 | 5 | | 5075 |
| 1115 | 6 | | 5076 |
| 1116 | 7 | | 5078 |
| 1117 | 8 | | 5078 |
| 1118 | 9 | Initiũ primi belli Anglici, quod ſexcentis fœderibus compoſitũ, ſemper renouatur. Gelaſius nouus papa Ro. cui plurimum inimicitiarum erat aduerſus Henricum | 5079 |
| 1119 | 10 | Balduinus rex Hieroſolymorum. Craſſus in Normaniã profectus eſt, uoluitq; Gulielmũ Roberti defuncti filium in poſſeßionem mittere. In eo prælio Balduinus Flandriæ Comes uulnere accepto interijt, cui ſucceßit Carolus Canuti Danorum regis filius.<br>Imperatorem, in Galliam ſe cõtulit ſuppetias ĩplorans. Concilium Rhemis ĩdixerat, in itinere moritur, Cluniaci ſepultus. Caliſtus Burgundio põtifex proximus concilium cõtinuandum curat. Rhemis XVII. Cal. Nouemb. ex cõcilij ſententia Cæſarem hoſtẽ eccleſiæ pronũciat. Tum ſacerdotes, diaconos & hypodiaconos concubinas habere uetuit, item proſcripſit ab eccleſia, qui pro baptiſmo & ſepultura pecuniam exigerent. | 5080 |
| 1120 | 11 | Henricus Cæſar ab Anglo ſocero impulſus menſe Auguſto Galliã inuadit, Rhemis multum infenſus ob iniuriam in illorum urbe acceptam. timore perculſus, regis potentia cognita domũ reuertitur. | 5081 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1120 | | paulò pòſt in amicitiam re cum papa cõpoſita rediÿt. | 5081 |
| 1121 | 12 | | 5082 |
| 1122 | 13 | | 5083 |
| 1123 | 14 | | 5084 |
| 1124 | 15 | | 5085 |
| 1125 | 16 | | 5086 |
| 1126 | 17 | | 5087 |
| 1127 | 18 | Carolus Flandriæ Comes Bonus Brugis ante aram Donatiani à coniuratoribus mactatus. VI. Cal. Martÿ ſacro cinerũ die quò Rex profectus, ſeuerè in parricidas animaduertit. Gulielmum Normanum Flandriæ Comitẽ dedit, quẽ auari- | 5088 |
| 1128 | 19 | ritia & peruerſitas omnibus inuiſa euertit. Eo in bello cæſo, aliÿsq; in ſententiam adductis quibus aliquid iuris uidebatur in comitatũ, Theodoricus Alſatienſis comitatus nomine regi fidei ſacramentum præſtat. Hieroſolymis trium ordinum D. Iohannis, Hoſpitalariorũ, Templariorum, Teutonicorum res præclarè fortitérque geſtæ initio ſuæ originis. Thomas Marlenſis in regios magiſtratus & eccleſiaſticos uiros rebellis, extra communionem eccleſiæ proſcribitur per legatum papæ in Bellouacenſi conſilio, | 5089 |
| 1129 | 20 | quòd Galdericum epiſcopum Laudunenſis crudeli morte affeciſſet: tandem à Rhodulfo Viromanduo cæditur. Craſſus cauſſam eccleſiæ defendẽs in Aruerniam proficiſcitur, ad componendas res inter epiſcopum Claromontanum & Comitem. Gulielmus Aquitaniæ dux ſua prudentia rem omnem compoſuit. | 5090 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *Philippus admodũ iuuenis in præſentia regum Craßi patris, & Henrici Angli, diademate decoratur Rhemis XVIII. Cal. Maij feſto reſurrectionis Chriſti die.* | |
| 1130 | 21 | *Hugo de S. Victore theologus Pariſienſis. Innocentius ob Anacleti Antipapæ potentiam in Galliam fugit, ubi honorificè receptus duo habuit concilia, alterum Rhemis, alterum Claromonte. Quẽ honoris cauſsa inuiſerunt Gallus Aureliani, Anglus Carnuti.* | 5091 |
| 1131 | 22 | *Fulco Andegauenſis Rex Hieroſoly. Philippus Iunior rex III. Id. Octob. in Lutetiæ ſuburbijs delapſus ex equo, quẽ euerterat ſcrofa, moritur. in æde D. Dionyſij ſcpultus. Platina & Blondus hoc rege Philippo Innocentiũ papam in Galliam ueniſſe intelligunt, aliter aberrant, nec mirum in hiſtoria aliena. Ludouicus Iunior cõcilij Rhemenſis tẽpore VIII. Cal. Nouemb. ex patris præſentis ſententia magnificentißimè coronatur à papa Innocentio, ut regni conſors eſſet. Paulò pòſt Innocentius à Lotario Romã reducitur imperatoriæ coronationis gratia.* | 5092 |
| 1132 | 23 | | 5093 |
| 1133 | 24 | | 5094 |
| 1134 | 25 | | 5095 |
| 1135 | 26 | | 5096 |
| 1136 | 27 | | 5097 |
| 1137 | 28 | *Ludouicus Iunior Burdegalæ ducit uxorem Leonoram filiam maiorẽ hæredem Gulielmi ducis Aquitaniæ. Craſſus pater ſtatim Pariſijs moritur. Cal. Auguſti. Aemylius habet annũ regni 30. ſed ea* | 5098 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1137 | | *in re lapſum arbitror, ut numerus ab anno* 1110. *ad* 1137 *indicio eſt.* | 5098 |
| 1138 | 1 | LVDOVICVS IVNIOR XL. REX ANN. XLIII. *Annorum* Iohannis *à* Stampis *uel à temporibus error, & falſa ſupputatio. uide* Aemylium. *quendam legi qui per ea uixit tempora hiſtoricũ minutiſſima quæque perſequentem, qui tantum rei miraculum non omiſiſſet ſi quid tale unquã contigiſſet.* Galli *diſtricti ob bellum* Mathildis Auguſtæ, *& filij eius* Hẽrici Andegauenſis *cõtra* Stephanum Bleſenſem *de regni* Angliæ *ſucceſſione. tandem in hanc ſententiã* Andegauenſis *adductus, ut regno abſtineret uiuẽte* Stephano, *ſed poſt eius mortem regnaret.* Quidam *ſe* Imperatorem Henricũ *finxit, qui in cœnobium* Cluniacenſe *coniectus eſt.* | 5099 |
| 1139 | 2 | | 5100 |
| 1140 | 3 | *Synodus* Francica *apud* Senones *aduerſus* Petrum Abelardum Britannum *hæreticum.* | 5101 |
| 1141 | 4 | *Non ſatis conuenit* Regi *cum papa* Ro. *qui* Petrum *rege inuito ut epiſcopus eſſet,* Bituriges *miſerat, cui aduerſus regẽ* Theobaldus Bleſenſis *fauebat.* | 5102 |
| 1142 | 5 | *Conſtantia regis ſoror ſpondetur* Euſtathio Stephani *regis* Angliæ *filio.* Rhodulphus Viromanduus *uxore repudiata* Petronillam *reginæ* Leonoræ *ſororẽ accipit: quos cum epiſcopis qui nuptias permiſerãt,* Papa *excõmunicat,* Theobaldo *procurãte, cui* Craſſus *uehementer infenſus, culpam omnem in eum transfert.* | 5103 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1143 | 6 | *Vitriacum quod erat ex ditione* Comitis *Bleſenſis, à* Rege *impotenti ira dirutum, cuius templum præcipuum cum* M.D. *utriuſq; ſexus & cuiuſuis ætatis ad aras confugiẽtibus incenſum.* Rex *ſceleris pœnitentia ductus,* D.Bernardi *cõſolatione* | 5104 |
| 1144 | 7 | *& conſilio ſacrum ſuſcipit gerendum bellum.* Tunc Bernardus *id unum agebat, ut principes* Chriſtia*nos in hoſtes religionis adhortaretur, papa etiam cupiente.* — Balduinus *rex* Hiero*ſolymorũ.* | 5105 |
| 1145 | 8 | Rex Viceliaci *crucem accipit, ſacram militiam profeßus.* <br> Eugenius *papa in* Galliam *ſe recipiens, concilium* Lutetiæ *&* Rhemis *habet.* <br> D.Bernardus *in* Ger- | 5106 |
| 1146 | 9 | *mania proficiſcitur cõcionaturus pro bello ſacro: cuius perſuaſu* Cõradus Imp. *cum magno principũ numero ſacra arma induit, qui* — Tornacũ *à ſummo* Põtifice *ſedes fit epiſcopalis, cũ antea per annos fere* 600 *ſub epiſcopatu fuiſſet* | 5107 |
| 1147 | 10 | *pridie* Non. Feb. *feſtinãs ante diſcedit.* Rex *ducta ſecũ uxore* Id. Maij *per* Germaniam *&* Hungariam *idem ſubſecutus iter,* Imperatorem, *qui iam cladem in* Nouembri *acceperat, offendit in* Aſia. — Nouiodunẽſi. In *cõſilio hæreſis damnatur* Gilberti Poretani Pictonũ *epiſcopi, nulla criminis aut ignominiæ nota ipſi inuſta, quòd cauſsã ſuã ad iudiciũ et arbitriũ concilij &* Papæ *ſemp permiſerat.* | 5108 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1148 | 11 | Ianuario proximo Rex nō multo meliorem fortunam expertus eſt. Quare hic relicta Antiochia, Conradus uerò ab Auguſto Græcorum rediens contulerunt ſe Hieroſolyma ad Regem Balduinum adoleſcentulum. Tunc coniunctis uiribus & copijs Damaſcum oppugnant, ſed diſsidio ac dolo obſidionē relinquere coguntur. Conradus abit ad ſuos. Galli in Syria mala multa patiuntur. | 5109 |
| 1149 | 12 | Quorum Rex in reditu penè captus, niſi Georgius Rogerij Siculi Regis prætor ſuppetias tuliſſet. In Galliam ergo euadit. Henricus regis frater ad Claráuallē monachus, Bellouacorum epiſcopus. | 5110 |
| 1150 | 13 | Cum Leonora regina duas filias peperiſſet, Mariam maiorem, Aliſam autē minorē poſt reditū: in cōcilio Baugenciaco à Ludouico repudiatur, qui Cōſtantiā duxit uxorē Alphōſi Galecorū regis filiam, quæ Aureliani Regina coronatur. Iuit etiam in Hiſpaniam religionis cauſſa ad D. Iacobum, & ut ſocerum inuiſeret. | 5111 |
| 1151 | 14 | | 5112 |
| 1152 | 15 | Interim Leonora in Regis odium alteri nubit marito, Henrico Andegauenſi regi Angliæ futuro, ad quem Rege Franco inuito ſuam priorē attulit dotem Pictones & Aquitaniam. Matrimonium hoc maximi belli Anglici cauſſa fuit. | 5113 |
| 1153 | 16 | | 5114 |
| 1154 | 17 | | 5115 |
| 1155 | 18 | | 5116 |
| 1156 | 19 | | 5117 |
| 1157 | 20 | | 5118 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1158 | 21 | | 5119 |
| 1159 | 22 | Philippus regis frater archidiaco-<br>nus epiſcopatus | 5120 |
| 1160 | 23 | Pariſienſis electionem Petro Lombardo<br>ceßit doctißi. theologo. Lombardi epi-<br>ſcopi ſuaſu & authoritate actum eſt &<br>impetratum ut barbæ raderentur.<br>Papa Alexander tertius ab imperatore | 5121 |
| 1161 | 24 | & Antipapa territus in Galliam fugit.<br>Habuit in Claromonte conciliũ, deinde<br>Turonibus alterũ. Conſtantia Adelæ iu-<br>nioris filiæ partu moritur: quæ ſuperui-<br>xit. ãtea oppetÿſſe tradit Aemylius, nec-<br>dum circumacto altero matrimonÿ an-<br>no, Margarita & Adela filiabus relictis.<br>hic ſequor eius temporis ſcriptorem.<br>Rex tertiã duxit uxorem Adelã Theo-<br>baldi Campani filiam, ex qua pòſt ſuſci-<br>piet Philippum & Hagnen liberos. | 5122 |
| 1162 | 25 | | 5123 |
| 1163 | 26 | Margarita Regis filia in matrimonium<br>datur Angli filio qui regno ſuccedet.<br>Poly. Verg. Almericus Rex Hieroſoly. | 5124 |
| 1164 | 27 | Concilium Turonenſe Alexandro papa.<br>Acta Papienſis concilÿ, in quo Victor &<br>Fœdericus præfuerant, damnata. Apud<br>Senones D. Thomas Cãtuariẽſis cũ papa<br>colloquitur, apud quos ultra annum ille<br>degit prius quàm Romam reuerteretur. | 5125 |
| 1165 | 28 | Natalis Philippi Auguſti X I. Cal. Sept. | 5126 |
| 1166 | 29 | | 5127 |
| 1167 | 30 | | 5128 |
| 1168 | 31 | Philippus Flandriæ Comes. | 5129 |
| 1169 | 32 | | 5130 |
| 1170 | 33 | | 5131 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1171 | 34 | D. Thomas archiepiſcopus Cantuarienſis annis 7. exul in Gallia, in Angliã reuerſus confeſtim occiditur. In ſubſidium Terræ ſanctæ piè & liberè erogatam pecuniã ab uniuerſa Gallia Stephanus Comes Sacrocæſarienſis eò iuſſu regis defert. | 5132 |
| 1172 | 35 | | 5133 |
| 1173 | 36 | Balduinus Rex Hieroſolymorum. | 5134 |
| 1174 | 37 | | 5135 |
| 1175 | 38 | | 5136 |
| 1176 | 39 | | 5137 |
| 1177 | 40 | | 5138 |
| 1178 | 41 | | 5139 |
| 1179 | 42 | Hagne regis filia annos VIII. nata ad Emmanuelem Græcorum Imp. mittitur, ut illam Alexis eius filius haberet uxorẽ. Ludouicus ualetudinarius coronandum Rhemis Cal. Nouemb. Philippũ filium mittit. Adfuit eius coronationi Henricus Rex iunior Anglus, Franci beneficiarius. Primum noui regis edictum fuit aduerſus blaſphemos nomen Chriſti contumelioſe probroſeq; in teſtimonium, & cuiuſuis minutiſsimæ rei aſſertionẽ adducentes, quo cenſuit in flumen citra mortẽ mergendos. Secundũ fuit aduerſus tibicines, hiſtriones, paraſitos, & id genus uoluptuarios artifices, quibus ĩterdixit aula. | 5140 |
| 1180 | 43 | Philippus Lutetiæ quodam ſabbati die IIII. Cal. Mar. ingreſſus ſynagogã, Iudæos ſpoliat. IIII. Cal. Iunij in aſcenſione Domini Philippus iterum unà cum uxore Eliſa Balduini Annonis filia coronatur. Philippus Eliſæ auunculus Co- | 5141 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *mes Flandriæ matrimonij author fuit. Filium regem per annũ unum uidit pater maximo cum gaudio. Religionis gratia in Angliã ad D. Thomã ſe contulerat Pariſios reuerſus obit III. Calen. Octobris, tranſlatus ad Barbeli, quod cœnobium ordinis Ciſtercienſiũ ædificauerat. Adela regina, Aliſam Gaguinus nominat, mauſoleum marito extruxit auro argento & unionibus decoratum.* | |
| 1181 | 1 | PHILIPPVS AVGVSTVS A DEODATVS XLI. SOLVS REX ANN. XLIII. *Per initia multus fuit in hoſtium ſeditionibus tum* | 5142 |
| 1182 | 2 | *ſuis tum eccleſiæ reprimendis. In Iunio coacti Iudæi regno excedere.* | 5143 |
| 1183 | 3 | | 5144 |
| 1184 | 4 | *Balduinus puer, rex Hieroſolymorũ. Bellum Flandricum.* | 5145 |
| 1185 | 5 | *Philippus Comes Flãdriæ ſic cum rege de Viromanduis paciſci cogitur, ut poſt mortem adijcerentur regis patrimonio. Vido Luſinianus è nobiliſſima Pictonum familia, rex Hieroſolymorum.* | 5146 |
| 1186 | 6 | *Gothofredus Dux Britãniæ moritur Lutetiæ relicta uxore Conſtantia grauida, quæ mox Arcturum parit.* | 5147 |
| 1187 | 7 | *Natalis Ludouici filij Philippi VIII. Id. Septemb. Finis regni Hieroſolymorum. Sancta urbs 89. quàm de Barbaris recepta fuerat anno, VI. Cal. Octob. uictori Saladino reddita eſt. Aemyl.* | 5148 |
| 1188 | 8 | *Idibus Ianua. Reges Gallus & Anglus in colloquium ueniunt in Vellocaſſibus,* | 5149 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1188 | | *ubi de Hieroſolymitana expeditione decernunt. In Martio* Rex *concilium habet* Lutetiæ,*cui decimæ cõceſſæ,quæ uulgò* Saladinides *dictæ fuerunt.* Angli *ab inſtituta profectione deciſcunt.* Ricardus *relicto patre,*Gallorum *partes ſequitur.* Auguſtus Cœnomanos *&* Turones *occupat, cuius rei ira & indignatione rex* Angliæ *pridie* Nonas Iulias Chinone *decedit.* Ricardo Angliæ *regi ſalutato* Auguſtus *captas* | 5149 |
| 1189 | 9 | *uiuente patre reſtituit urbes, & de profectione inter ſe antea inſtituta couenint.* X.Calend. *Martÿ Eliſa regina moritur* Lutetiæ, *in æde* Virginis *ſepulta.* | 5150 |
| 1190 | 10 | Adela *regis mater regens* Franciæ. Gulielmus Regis *auũculus archiepiſcopus* Rhemenſis, *Legatus.* Philippus *profectioni ſe accingens, illorum fidei filium cõmittit,regnique adminiſtrationẽ.* Hic *ſuo tempore plurima in reip.utilitatem prudenter inſtituit.* Aediles, *quos uulgo* Scabinos *appellant,*Pariſÿs *creandos curat.* Bonam *urbis partẽ muris cinxit, plurimas lapidibus uias ſtrauit,cõmune illud* D. Innocentÿ *cœmeterium extruxit.* Forum *item uenale,*Fallas *uulgo appellant,* Lutetiæ *ædificauit.* Saltum Vicenarum *mœnibus cinxit.* Rex *in* Genuenſi *portu mare cõſcẽdit:qui ubi paulũ proceſſiſſet, talis oborta eſt tempeſtas, ut multi ex ſuo comitatu naufragio extincti fuerint.* Ricardus Maſſilia *uento ſecundo ſoluit.* Vterque *in* Siciliam *menſe* Auguſto *appulere,ubi coacti ſunt hyemare.* | 5151 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | Inter reges in hybernis ocioſos, ut aſſolet, ortum eſt diſsidium non mediocre. | |
| 1191 | 11 | Philippus prior præceſſit in Syriam. Ricardus tempeſtatis ui in Cyprum eiectus, tyrannum à quo littoribus arcebatur, & inſulã bello cepit, præſidioq; firmauit, illinc ad Auguſtũ regem profectus Ptolemaida obſidẽtem, quam paucis pòſt diebus coniunctis copijs expugnauerunt.<br>Mauricio Pariſiorũ epiſcopo D. Virginis templum ædificatum.<br>Margarita Flandriæ Comes.<br>Graſſante per exercitum peſte Rex maiori parte ſuarum copiarum, & Odone Burgundiæ duce prætore relictis, in Galliam Rufino Volta Genuenſi nauarcho comitatus, obiter papam cum inuiſiſſet, circa Natalem Chriſti domum reuertit.<br>Ricardus Anglus in Syria manſit. | 5152 |
| 1192 | 12 | Ricardus Cypri regnum Vidoni Luſiniano uendit, quod ad noſtra ferè tempora ſeruarunt eius poſteri, quoad illic imperitare cœperunt Veneti.<br>Auguſtus Balduinũ Flandrum locis munitis ab eo occupatis repentè deturbat. | 5153 |
| 1193 | 13 | Antequam è Germania liberari potuiſſet Ricardus, ubi carcere cõtinebatur, Auguſtus Giſortiũ occupat cũ uniuerſa Margaritæ ſororis dote, ab Anglo repudiatæ, quã poſtea Põtiuẽſi Comiti uxorẽ dedit. | 5154 |
| 1194 | 14 | Fames. | 5155 |
| 1195 | 15 | Pacem ineunt Philippus rex, & Balduinus Flandriæ Comes. Comitatus Atrebatium creatio, qui regis filio traditur.<br>Ludouicus primus Atrebatium Comes. | 5156 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1195 | | Rex uxorẽ ducit Gelbergã Dani regis ſororẽ, quã intra tertiũ menſem repudia- | 5156 |
| 1196 | 16 | tam, & in Stamparum arcem coniectam aſſeruari iubet: mẽſe Iunio ſequẽti Agnẽ ducis Morauiæ filiam accipit. Iudæi à Philippo in Galliam reuocati. Bellũ inter Gallos | 5157 |
| 1197 | 17 | & Anglos, eorũq́; | 5158 |
| 1198 | 18 | ſocios ac fœdera- | 5159 |
| 1199 | 19 | tos uariũ. Legatus papæ circa D. Michaelis feſtũ in Diuionenſi concilio ob ſecundũ regis matrimoniũ toti Frãciæ ſacris clàm interdixit. Qua ſentẽtia ꝓmulgata Rex uehementer iratus, qui cõcilio interfuerant, perſecutus, eos grauiter ultus eſt. | 5160 |
| 1200 | 20 | Pax inter Philippum & Iohannem Angliæ regem. Ludouicus regis filius Blancham Adelphonſi regis Caſtulonenſis & ſororis Iohannis filiam uxorem ducit. | 5161 |
| 1201 | 21 | Alijs deinde Legatis papæ ad Sueſsiones concilium habentibus, rex Gelbergã recipit, eodem ſecum equo inſidentẽ reducit. Octauianus Cardinalis alter Legatorum, perpetuus in Gallia manſit Legatus. Agnes uxor poſterior doloris impatientia, & animi indignatione apud Põtiacum interijt. procurante tamen rege Innocentius papa, quos ex ea liberos ſuſceperat, Philippũ qui poſtea Comes Bononiẽſis eſt factus, & Mariã quæ Comiti Louaniẽſi nupſit, legitimos ꝓnũciauit. | 5162 |
| 1202 | 22 | Iohannes rex Anglus Arcturũ Britãniæ ducem, fratris filium, cum quo contendedebat, & qui iam magnas uires acquiſierat, in Pictonenſi agro opprimit, eumq́; | 5163 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1203 | 23 | *aliquãdiu in cuſtodia aſſeruatũ necari iubet.* Rex *conatur Anglum perſequi, Arcturiq; necem & parricidium ulciſci.* | 5164 |
| 1204 | 24 | Totam Normaniã Auguſtus *recepit anno* 260(270. Aemyl.)*poſtquã* Rholloni *data fuerat. Ab uniuerſa quã in* Gallia *habebat poſſeßione, ſua culpa & ignauia* Anglus *penè depulſus eſt.* Galli Græcorum Imperiũ *pridie* Id. April. Byzantio *recepto, tenẽt, à* Venetis *& quibuſdã aliÿs ſocÿs adiuti, quibus impẽſas refundũt.* Balduinus Flandrenſis *imperator* Cõſtantinopalitanus Græcorũ *eccleſiam* Romanæ *audientem & concordẽ reddit.* | 5165 |
| 1205 | 25 | Henricus Balduini *frater* Græcorum Imp. *Auguſtus.* | 5166 |
| 1206 | 26 | Iohanna *Comes* Flandriæ. | 5167 |
| 1207 | 27 | D. Dominicus Toloſates *&* Albios *addit hæreticorum confutandorum gratia.* | 5168 |
| 1208 | 28 | Almaricus Carnotenſis *hoc tempore uir eruditus, ſed hæreticus, cuius ſequaces* Lutetiæ *cum eiuſdẽ oßibus refoßis poſtea ſunt uſti.* | 5169 |
| 1209 | 29 | | 5170 |
| 1210 | 30 | Simo *Comes à* Monteforti *bello aduerſus* Albios *hæreticos profectus,* Biterras, Carcaſſonẽ *&* Albios *occupat, & quædam alia circùm oppida.* | 5171 |
| 1211 | 31 | Ferdinandus Luſitanus Iohannam *Comitem* Flandriæ *uxorem duxit.* | 5172 |
| 1212 | 32 | *Bellum* Flandricum. | 5173 |
| 1213 | 33 | Albiorum *ſtrages, in qua* Petrus Tarraconen. *rex eorũ auxiliarius necatur. Fortunam & uictoriam perſequitur* Simo *à* Monteforti. | 5174 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1214 | 34 | *Pugna* Bouinenſis. Rex *Auguſtus uincit pridie* Non. *Iun.* (*alij* VII. *Cal. Augu.*) *Otho fuga ſalutē petit. Captiui ducuntur,* Ferdinādus *Lutetiam in arcem Luparam recens ædificatā*, Reginaldus Bononienſis *Peronam,* Saleberienſis *Comes Anglus ad* Fanum Quintini. *Otho, & nonnulli eius ſectatores, impij, & eccleſiæ hoſtes à* Papa *iudicati erāt. In acie multum* Rex *periclitatus eſt. reuerſus tēplū uictoriæ* Virgini *matri dicatū prope* Syluanectū *ædificat. Male ut mihi uidetur,* Gaguinus *hoc prælium anno* 1211. *factum eſſe ſcribit. Eodem tempore, &, ut quidam tradunt, die.* Ludouicus *regis filius ad* Pictones *& aquitanos miſſus, cum* Iohanne *rege* Anglorum *manus cōſenſerit, cui tam uarijs modis afflicto* Auguſtus *dat inducias* V. *annorum.* Petrus Altiſsiodorēſis *Græcorū* Imp. Aug. | 5175 |
| 1215 | 35 | | 5176 |
| 1216 | 36 | *Simo à* Mōteforti *ius ſibi in* Ducatū Toloſanum *cōcilio* Lateranenſi *datū, à rege adiutus perſequitur aduerſus* Raimundum Toloſatē *ex* Hiſpania *cū auxiliarijs militibus reuerſum, & aduerſus* Albios. Ludouicus Philippi F. *à primoribus* Angliæ *in ſpem regni uocatus, iureiurando obſidibúſque acceptis ex portu* Itio *traijcit tempore diſsidij inter illos &* Iohannem Regem, *qui interea repētè moritur.* Angli *igitur* Henricum *defuncti filium,* | 5177 |
| 1217 | 37 | *odio in amorem uerſo,* Regem *ſalutant.* Ludouicus *autem conuentione facta, pecuniáque accepta, in* Galliam *ſe recipere* | 5178 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *cogitur anno* 1218. *Poly. Verg.* | |
| 1218 | 38 | | 5179 |
| 1219 | 39 | | 5180 |
| 1220 | 40 | Robertus Petri F. Græcorum Imp. Aug. | 5181 |
| 1221 | 41 | | 5182 |
| 1222 | 42 | | 5183 |
| 1223 | 43 | *Rex quartana febre Medunte interijt pridie Id. Iulij diluculo. Teſtamento ingentem pecuniæ ſummã legauit Iohanni Brenno Hieroſoly. Regi, qui moribundũ inuiſerat. Item Tẽplarijs Hoſpitalarijsq;, item egentibus, ac ſuum omne ueſtiariũ ſacris ædibus. Corpus ud D. Dionyſij delatum, honorificentiſsimè maximaq; põpa & frequentia conditum eſt, exequias celebrantibus Io. Brenno Rege, Legato Papæ, & epiſcopis qui Lutetiam ad concilium in Albios conuenerant.*<br>*Ludouicus F. cum Blancha uxore* VIII. *Id. Auguſti Rhemis per Gulielmum archiepiſcopum ſacratur atque coronatur.* | 5184 |
| 1224 | 1 | LVDOVICVS D. LVDOVICI PATER XLII REX ANN. III.<br>*Simo à Monteforti Comes in Toloſæ oppugnatione cæſus. eodem anno idem Vidoni filio contigit, cui Almericus iunior frater ſucceſsit. Congreſſus & amicitia inſtituta inter Regem & Fœdericũ Germanorum Imp. Vallicolorij apud Ambaros. Matthæus à monte Morentiano M. Eq. Sauarus Malleonenſis malè ab Anglis tractatus, partes ſequitur regias.* | 5185 |
| 1225 | 2 | *Leues ſiunt excurſiones inter Gallos & Anglos in Aquitania.* | 5186 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1225 | | *Quidam Balduinus commentitius, qui ſe Imperatorem Conſtantinopolitanum finxerat, in Burgundia interceptus, & à Iohanna Flãdriæ Comite, quam aiebat filiam, ad patibulum miſſus.* | 5186 |
| 1226 | 3 | *Almericus Comes F. Simonis à Monteforti M. Eq. Rex menſe Maio aduerſus Albios hæreticos proficiſcitur. Auenionem expugnat, urbíſque muros diruit, redeundo Montiſpenſarij moritur pridie Id. Nouemb. Ludouicus F. annos natus XII. tertio Cal. Decẽb. ab epiſcopo Sueſſionenſi ſacram accipit coronam.* | 5187 |
| 1227 | I | DIVVS LVDOVICVS XLIII. REX ANN. XLIIII. *Blancha regis mater Galliæ Regens teſtamento relicta, moderata & ſapiens mulier quæ partim obſcuras, partim apertas inimicitias initio regni exorta ſedat, uel ui, uel beneuolentia concilians ſibi principes, alióſque qui ſeceſſerant facta in filium cõiuratione. Humbertus bello præfectus Regius à Blancha Regente aduerſus Raimundũ Toloſatem miſſus. Die Epiphaniæ feſto Ferdinandus Flandrus numerato redemptionis precio liberatus, & in aulam receptus, ſumma in gratia apud Regentẽ materterã fuit, ut eſſet contra Philippum Bononienſem coniuratorum principem: à quo Calitiũ & munitum, & muro cinctum eſt. Pacem fecit Blancha cum Campano, morte matris auunculíque Nauarrorũ Rege ſalutato. Petrus maledoctus ex uxore Adela dux Britãniæ, qui cum eſſet aliud* | 5188 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *coniurationis caput, Anglos in Galliam euocauerat, redit in amicitiam Britanniam regis beneficium profeſſus, deprecante potiſsimum fratre maiore Roberto Comite Druidum, qui antè à coniuratione ad partes Regias deſciuerat. Quare iſtorum & permultorũ nobilium con-* | |
| 1228 | 2 | *iuratio fruſtra fuit. Theobaldus Campanus Nauarræ Rex.* | 5189 |
| 1229 | 3 | *Balduinus Roberti filius puer Græcorũ Imp. Aug.* | 5190 |
| 1230 | 4 | | 5191 |
| 1231 | 5 | | 5192 |
| 1232 | 6 | *Schola Pariſiorum à D. Ludouico reſtituitur, quæ propter motus, iniurias & cædes ſcholaſticis illatas dilabebatur. eã autẽ rex Anglus ad ſe pellicere, & Oxoniũ inſtituere ſtudebat.* | 5193 |
| 1233 | 7 | | 5194 |
| 1234 | 8 | *Rex ſolus regni adminiſtrationem ſuſcipiens, Margaritam Raimundi Comitis Prouinciæ filiam uxorẽ accipit. Raimundus Maſsiliam redire nolens odio ſuorũ (nam expellere eum conati fuerant, accito iuniore Raimundo Toloſate) apud ſororis uirum Comitem Sabaudiæ reliquam uitã egit. Quatuor eius filiæ ſingulari quadam felicitate Regibus nupſerunt. Maxima natu Regi Gallo, Leonora & Santia uel Cynthia duobus fratribus, Henrico regi Angliæ, & Ricardo German. Imperatori delecto. Sabaudus Beatricem minimam à morte patris Carolo Regis fratri collocat, Toloſate repudiato. Ea Regina erit Siciliæ.* | 5195 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1235 | 9 | *Alphonſo regis fratri Pictonum duci Iohanna Raimundi Toloſatis unica filia deſpondetur, ea quidem lege, ut Alphonſus ſolus ſuccederet, uſufructu tantùm ſocero quoad uiueret relicto.* | 5196 |
| 1236 | 10 | *Robertus Regis frater Comes Atrebatiũ. Carolus regis frater Comes Andiũ, Cœnomanorum, & Prouinciæ.* | 5197 |
| 1237 | 11 | *Expeditio maritima in Aſiam in auxiliũ Chriſtianorũ, quã ſuſceperũt Theobaldus Nauarrorũ rex, Petrus Maledoctus, Almericus à Monteforti, Erix Ambarus &c. Balduinus Conſtantinop. Imp. auxilium petens uenit in Galliã. Regis opera ſuæ ei redditæ & in Frãcia & in Flandria res, Comitatusq́; Namurcenſis.* | 5998 |
| 1238 | 12 | *Lutetiæ diſputatum authore Gulielmo epiſcopo de plura ſacertia obtinentibus: decretum tandem ac conſtitutum fuit, ut nemo niſi uni præeßet, niſi lethali noxa ſe uellet obſtringere. Annales Francorum, & aliæ hiſtoriæ.* | 5199 |
| 1239 | 13 | *Spinea corona, & ſacroſancta Chriſti paßi monumenta quæ Balduinus Venetis oppignerauerat, à D. Ludouico redempta ſunt: qui apud ſacrum Palatij ſacellum quod Lutetiæ erigebat, ea depoſuit, & aſſeruanda commiſit. Ne minimum quidem ſacerdotium & præbendũ ædiculæ illius dabat, niſi lectißimis uiris, & probatæ uitæ, & doctrinæ ſingularis. Quid quæſo facturus erat ſi donaret epiſcopatus? Aemyl.* <br> *Fœdericus Imperator congreſſus & colloquij ſimulatione Regem circun-* | 5200 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1240 | 14 | *uenire nititur: quoſdam etiam Galliæ Præſules Romam ad concilium papæ accitos in itinere capit: tandem literis Regis eos reſtituere cogitur.* | 5201 |
| 1241 | 15 | | 5202 |
| 1242 | 16 | *Hugo Marchiæ Comes cōcilio & ſuperperbia uxoris uictus, noluit ſe profiteri clientem (quod homagium facere dicūt) Alphonſo Comiti Pictonū. Sed illa Anglum cuius mater erat, in Galliam pertraxit, ubi rebus parum fœliciter geſtis,* | 5203 |
| 1243 | 17 | *Hugo ſe dare in clientelam, & iuſiurandum præſtare Alphonſo compellitur.* | 5204 |
| 1244 | 18 | | 5205 |
| 1245 | 19 | *Margarita Flandriæ Comes.* <br> *Innocentius quartus Fœdericum metuens, cum in Galliam fugiſſet, Lugduni* | 5206 |
| 1246 | 20 | *concilium habuit, quem Rex initio inuiſit: Imperatorē eccleſiæ hoſtē iudicat, imperiumq; ei abrogat. Ruber pileus & purpura in eo primum cōcilio Cardinalibus data ſunt. Rex cum Pontiſare grauiſsimè ægrotaſſet, morbo liberatus ſacrā militiam profitetur. Controuerſia inter filios de ſucceſsione ſuperſtite Margarita matre Flandriæ Comite. Rex ſic rem compoſuit, ut Gulielmus, eiúſque fratres Dampetræ filij ex ſecundo matrimonio poſt fatum matris Flandriæ Comitatu potirentur, ex primo autem cōnubio nati Annoniam obtinerent.* | 5407 |
| 1247 | 21 | *Henricus dux Brabatiæ primus, cum antea eius maiores Louanij Comites eſſent.* | 5208 |
| 1248 | 22 | *D. Ludouicus Blancha matre Galliarū Regente II. inſtituta, cum fratribus* | 5209 |

| *Anni Chriſti* | *Anni Regni* | | *Anni Mũdi* |
|---|---|---|---|
| 1248 | | *Roberto & Carolo & Odone legato papæ ſoluit Maßilia (alij, Aquis ſextijs)* VIII. *Calend. Septemb. qui dies eius memoriæ poſtea conſecratus eſt. ad* XI. *Calend. Octob. appulit in Cyprũ. Mors Raimundi Toloſatis Alphonſum generum remoratur.* | 5209 |
| 1249 | 23 | *Rex Aegyptum ingreſſus, Damiatã expugnat. Robertus regis frater ultrà progreſſus, in pugna cadit cõtra Aegyptios, uictoria Gallis alioqui prælio duplici, cedente. Alphonſus appulit Calend. Nouemb. Damiatam. Morbo ex labore ærumnaq; militari paßim in caſtris graſſante, Rex grauiter laborat. Cladem noſtri feßi uictique malis maximã à Barbaris accipiunt, Strenui bellatores permulti per illas miſerias deſiderati. Carolus Alphonſusq; capti. Damiata Barbaris reſtituitur cum magna ui pecuniæ induciarum pactione in decem annos facta. Itaque rex liberatus in Syriam cum* | 5210 |
| 1250 | 24 | *paucis militibus reliquis ſe recipit. Regina Iohannem infelici cognomine Triſtennem patre captiuo peperit. Rex ante reditum Sidonẽ, Cæſaream, Ioppem reſtituit. Chriſtianos Barbarorũ ſeruos gregatim undiq; cogebat, atque redimebat.* | 5211 |
| 1251 | 25 | *Paſtores ingens manus perditorũ hominum, qui cum regem captiuum audiuiſſent, arma ceperant, à Biturigibus Aurelianenſibusq; deleti ſunt.* | 5212 |
| 1252 | 26 | *Blancha D. Ludouici mater obit.* | 5213 |
| 1253 | 27 | *Regis in Galliam reditus.*<br>*Lutetiæ Robertus Sorbona inſtituit* | 5214 |

| Anni. Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *atque fundauit collegium Sorbonæ.* | |
| 1254 | 28 | Rex *Carolum fratrem mittit opem laturum* Margaritæ Flandræ *aduerſus eius filios* Auenienſes, *&* Gulielmum Hollan*dum* Imp*eratorem delectum.* | 5215 |
| 1255 | 29 | D. *Ludouicus hiſtriones, paraſitos, & eiuſmodi homines nequam ab aula exegit. Magiſtratum ambitum & ſordes coercuit. honorum dignitates illis nõ erant* | 5216 |
| 1256 | 30 | *uenales, neque auſi fuiſſet in toto iuriſdictionis tractu aut fundos emere, aut ſa-* | 5217 |
| 1257 | 31 | *cerdotia liberis accipere.* B*laſphemis, & in uanum nomen dei aſſumentibus, in* | 5218 |
| 1258 | 32 | *fronte cauteriũ inuſsit.* Eccleſiæ *permultæ & collegia & ſodalitates gloriantur hoc ſe* Rege *inſtitutas & cõditas.* Cœno*bium* D. Dionyſij *ut nunc ſtat & uiſitur,* Rex *inſtaurauit* Matthæo Vindocinenſi *antiſtite, ubi ſuperiorũ collecta ſepulchra exornauit.* Valetudinariũ *proxime ædẽ maximã* D. Virginis Lutetiæ *extruxit.* Albertus *magnus.* | 5219 |
| 1259 | 33 | Balduinus Auguſtus Græcia *pulſus eſt à* Palæologo. T*unc* Gallorum *imperium apud* Cõſtantinopolim *finitur, quod obtinuerant ab urbe capta 55. annis.* Thomas Aquinas *prædicator.* | 5220 |
| 1260 | 34 | Mendicantium *ordines ſuum genus uitæ miris laudibus, ac religionis ſanctitate, ſchiſmaticè ac ſeditioſe commendabant,* Gulielmus *à* Fano *amoris,* Sorbonicus *doctor, alijq; doctrina clari, mendicitatẽ illam in uulgus, ac uotiuam ſine cauſſa paupertatem improbant, contendentes ſpeciem prætextum religionis dari inerti* | 5221 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1261 | 35 | & deſidioſæ uitæ, ac mendicationi. Libereius, qui adhuc extat in bibliotheca Sorbonæ, damnatus eſt. | 5222 |
| 1262 | 36 | Vrbanus Quartus P P. in Tricaſſibus natus humili loco. Philippus filius D. Ludouici Claromonte Pentecoſtes die, compoſita de finibus controuerſia, Eliſabetham Iacobi Tarroconenſium regis filiam uxorem accipit. | 5223 |
| 1263 | 37 | | 5224 |
| 1264 | 38 | Carolus regis frater comes Prouinciæ & eius uxor cum Maſſilia ſoluiſſent, tri- | 5225 |
| 1265 | 39 | ginta triremibus Romam appulſi, Siciliæ & Hieroſolymorum reges ſalutãtur, papæ beneficiarij ac tributarij. Ad Beneuentum Manfredum Romanæ eccleſiæ hoſtem iudicatum Carolus uicit, occiditq́;, & in poſſeſſionem regnorũ iuit. | 5226 |
| 1266 | 40 | Carolus Siciliæ rex, uicarius imperij nomine papæ. | 5227 |
| 1267 | 41 | Philippus Pulcher naſcitur, filius Philippi. Pugna ad lacum Fucinum inter Carolum & Conradum Sueuum. | 5228 |
| 1268 | 42 | D. Ludouicus cum iam ſtatuiſſet in Aſiã aut Africam traijcere, celebre illud & | 5229 |
| 1269 | 43 | memorabile fœdus cũ Angliæ rege Henrico præſente frequentiſſimo utrinque nobilium conuentu Lutetiæ percuſſum eſt. Normani, Cœnomani, Andes, Turones, Pictones regi Gallo ceſſerunt, Anglus uerò magnam uim pecuniæ haberet, & ulteriorem Aquitaniã, & ex citeriore uſque ad Carantonum cum finibus Agenenſium, Cadurcorum, Lemouicum, de quibus tamen Gallo Anglus ius cliente- | 5230 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *lare deberet, ac ſuperiorem agnoſceret, renuncians ius omne quod in* Galliæ *regnum ſibi uendicare poſſet.* Henricus *in* Orientem *expeditionē ſuſciperet,* D. Ludouicus Thunetem. Polydorus Vergilius, *& quidam alij hanc pacem factam fuiſſe tradunt anno* 1258.<br>Ludouicus D. Ludouici *filius moritur.* | |
| 1270 | 44 | D. Ludouicus *cum tribus filijs* Calend. Mart. *ſoluit* Maſsilia *(gallicæ hiſtoriæ tradunt, ab* Aquis Sextijs*) in* Africam *traiecturus, relicta regni adminiſtratione* Simoni Neellæ, *&* Matthæo Vindocinēſi *antiſtiti* D. Dionyſij. *Sæua tempeſtate in mari iactatus.* Carthago *expugnata.* Thunetis *obſeſſa. Peſtilentia in caſtris.* Iohannes Triſtennis *regis* F. *prior decedit: quem ex profluuio ad* 8. Cal. Septēb. *pater* Rex *ſanctus morte ſequitur,* Carolus *frater* Siciliæ *rex ſtatim interuenit.* Henricus *quoque* Ricardi Angli Cæſaris *filius* Cornubiæ *comes.* Philippus D. Ludo. F. Rex *in caſtris ſalutatus, poſt datas leges* Barbaris, *& tributum impoſitum ut quotānis* Carolo *regi* C C C C. M. *aureorum penderent, cum eo è* Sicilia *in* Galliam *redit. In mari peſte & tempeſtate afflictati. In itinere moriuntur* Drepani Theobaldus *rex* Nauarræ, *& ſtatim uxor eius grauida* Iſabella *filia* D. Regis. *Obit & noua regina* Eliſabetha Philippi. Aemyl. *qui aberrat,* Gulielmi Dampetræ *comitis* Flandriæ *interitum hic adnotans, multò antè ob domeſticas diſcordias interfecti. ſed* Vido | 5231 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1270 | | *Dampetra eius frater* D. Lu*douicum in hanc expeditionem ſecutus eſt.* | 5231 |
| 1271 | 1 | PHILIPPVS D. LVDOVICI FILIVS XLIIII. REX AN. XV. *Funere patris, eorúmque qui in expeditione obierant, celebrato apud* D. *Dionyſium, rex inungitur* Rhemis *ab epiſcopo* Sueßionum 3. Calend. Septemb. *Quidã hunc* Audacem *cognominant, ſed ea fuit animi & morum lenitate, ut non meritò potuerit appellari* Audax. Philippus *uerò* Burgundiæ *dux* Audax *uocabitur.* Henricus Theobaldo *in regnũ* Nauarræ *ſucceßit, uxore ducta* Roberti Atrebatiũ | 5232 |
| 1272 | 2 | *comitis fratris* D. Ludouici *filia: unde procreata eſt* Iohãna *unica. Nuptiæ quoque* Petri Comitis Alenconij *fratris regis cum* Iohanna Iohannis Bleſenſis *filia.* | 5233 |
| 1273 | 3 | *Bellum* Fluſſatium. Raimundus *Ber*nardus Fluſſatium *comes, cum annum captiuus fuiſſet, reſtituitur.* Concilium Lugdunenſe Gregorio X. P P. *pro terra ſancta recuperãda, & aduer-* | 5234 |
| 1274 | 4 | *ſus* Græcos *de ſancto ſpiritu.* Euſtathius Bonauentura *à* Balneo *regio, ordinis minorum antiſtes ibi factus eſt* Cardinalis. Rex *primùm inuiſit papam.* Errat Aemylius, *annum* 1284. *pro* 1274. *accipiens.* Bellum Hiſpanicum Caſtulonenſe *pro ſororis* Blanchæ *filijs* Ferrando & Alphonſo *pupillis,* Ferrando Caſtulonenſe *patre mortuo.* Iohanna Nauarra *orba in* Galliam *adducitur patre* Henrico Põpellone *defuncto.* Euſtathius Bellomarchus *reginæ in-* | 5235 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *fantis nomine iuſiurandum & à populis & à ciuitatibus accipit, auxilium ferente* Roberto Atrebate *pupillæ auunculo præfecto, qui à rege iuſſus eſt illuc diuertere relicta expeditione* Caſtulonẽſi. Rex Mariam Ericis Brabantini *filiã ducit, quæ in ſacro palatÿ ſacello* Lutetiæ *coronatur* 10. Calend. Iulÿ. | |
| 1275 | 5 | Ludouicus *filiorum regis maximus obit: quem ueneno ſublatum eſſe ſuſpicio fuit. Quare ut res certò cognoſceretur, præſules aliquot, (ſic uides epiſcoporum obſequia aliquando honeſta & liberalia fuiſſe)* Niuellã *miſsi ſunt ſciſcitaturi* Beguinam *ſortilegam.* | 5236 |
| 1276 | 6 | Brocchius *cubicularius fiſci præfectus res maximas regni adminiſtrãs, magna procerum omnium lætitia* Pariſÿs *reſte dedit ſuppliciũ.* Petrus *illi ex uxore affinis* Bellououacorũ *epiſcopus ad papã pfugit.* Reges, Frãcus Baionã, Caſtulonẽſis Marſanũ *petiere, ſed inde re infecta diſceſſũ.* | 5237 |
| 1277 | 7 | | 5238 |
| 1278 | 8 | Iacobus Meyerus *hucuſque Chronicon* Flandriæ *ſcripſit.* | 5239 |
| 1279 | 9 | | 5240 |
| 1280 | 10 | | 5241 |
| 1281 | 11 | *Siculus* Veſper *die* Paſchæ *propter* Gallorum *libidinem, & militarem inſolentiã.* Siculi *à* Carolo *deficiunt, ingenti cæde facta, coniurationis principe* Iohanne *à* Prochyta, & Petrum Tarraconẽſem *recipiunt.* Petrus Alenconius *regis frater, cum magnis copÿs, multiſq; principibus & nobilibus in* Italiam *tranſcendit la-* | 5242 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1281 | | *turus Carolo ſuppetias, ſed in Apulia naturæ conceßit.* Bellum Tarraconenſe. *ubi primùm imperio Papæ aduerſus Chriſtianos Hiſpanos, perinde atque antea aduerſus Saracenos, crucis inſigne acceptum.* | 5242 |
| 1282 | 12 | | 5243 |
| 1283 | 13 | Papa Petrum Tarraconenſem proſcribit, *& hoſtem eccleſiæ iudicat, eiúſque regnum dat Carolo Valeſij comiti regis* Franci *ex ſorore* Petri *filio.* | 5244 |
| 1284 | 14 | Nuptiæ *& conſecratio* Philippi Pulchri, *&* Iohannæ Reginæ Nauarræ 18. Cal. | 5245 |
| 1285 | 15 | *Septemb.* VIII. *Id. Ianua. obitus* Caroli *regis.* Carolus Claudius *eius filius captiuus erat.* Robertus Atrebas *præfectus, regis & papæ mandato, ut quæ patrui mortui eſſent in* Italia *tueretur, interim dum hæres cuſtodia liberaretur.* Pridie Id. Maias *rex comitatus regibus* Philippo *filio* Nauarrorum, *&* Iacobo Balearium, *in* Ruſcinonis *comitatũ uenit aduerſus* Petrum Tarraconenſem. Genua Ruſcinonis *expugnata & diruta.* XIX. Calend. Septemb. *leui prælio arte & dolo* Rodulphi M. Eq. *commiſſo,* Petrus *rex* Tarraconen. *ita uulneratus, ut inde obierit.* Rex Philippus *rediens in magno diſcrimine, ex morbo* Perpeniani *decedit menſe* Octob. *Gerunda quam receperamus, defecit.* | 5246 |
| 1286 | 1 | PHILIPPVS PVLCHER XLV. FRANCIAE REX ET NAVARRAE ANN. XXVIII. Rhemis 8. Idus Ianua. *conſecratur.* | 5247 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | Palatium in inſula quã ſequana Lutetiæ facit, à Philippo extructũ magnificẽtiſſimè. Huic negocio præfuit Engerranus Marinius, regis cõſiliarius, & fiſci præfectus. In eo palatio forũ eſt, quod Parlamentũ uocãt: ubi certæ ſedes ſummis iudicijs datæ ac cõſtitutæ ſunt. Illic etiam ratiociniorum, aliorúmque plurium iudiciorum ſubſellia. Ad hæc regia principis. Gaguinus ſcribit ibi Parlamentum conſtitiſſe ordinarium Hutino rege. Hoc rege Gymnaſium Nauarræ Lutetiæ inſtitutũ ac fundatũ à regina Iohanna. | |
| 1287 | 2 | | 5248 |
| 1288 | 3 | Carolus rex Apuliæ (quem pro Claudo nonnulli Cunctatorẽ uocant, inquit Aemyl.) ex Hiſpania in Franciã pace facta redijt, atque inde in Italiã cum egregio comitatu tranſcendit, ubi Guelforũ partes contra Gibellinos defendit. Die Pen- | 5249 |
| 1289 | 4 | tecoſtes à Nicolao papa Romæ Apuliæ rex & Siciliæ conſecratur. Induciæ in quinquennium renouatæ inter Iacobum Tarraconenſem, & Carolũ | 5250 |
| 1290 | 5 | Claudum. Robertus Atrebas indignatione redit in Galliam. Carolus Valeſius Claudi filiam cum Andium comitatu pro dote, uxorem acceperat. Deinde pace qua Bonifacius octauus in concordiam rediget, ut iuri quod in Tarraconiam ſibi uendicabat, renunciaret, Cœnomanorum comitatus illi accedet. | 5251 |
| 1291 | 6 | Aemylius hic ſtatuit finem belli ſacri in Oriente Ptolemaide à Sultano deleta. 4. Non. Octob. natalis Ludouici Hutini. | 5252 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1292 | 7 | *Secundum bellum Anglicum.* | 5253 |
| 1293 | 8 | *Angli Normaniam & Aquitaniam inuadunt. Arnulfus Neella M. Eq. prior diſcedens, ſubſecutus deinde Carolus regis frater Valeſij comes eos grauiter cædunt, Adulfo Germanorum imperatore pecuniæ magna ui ad bellum nobis inferendum pertracto. Eduardus Anglus parans expeditionem, ſimiliter Ericem* | 5254 |
| 1294 | 9 | *Ambarum, & Vidonem Flandrũ ſocios adſciuerat. Vido à rege Gallo ꝓfugit, hoſtis infenſiſsimus, à quo in aula ſimul cũ filia dolo retẽtus erat: quæ licet honorificè habita & tractata, ibi tamen fato ceſsit. Iahannes Scotiæ rex natus Haricuriæ in Gallia, eiuſdẽ princeps, ſemper regis partes tuetur: ſed pòſt paulò ita uexatur, ut in hoſtis Angli manus, cauſſam regis defendens, uenerit. Polydorus Verg.* | 5255 |
| 1295 | 10 | *Aegidius Romanus theologus archiepiſcopus Biturigum.* <br> *Bellum Flandricũ Angli gratia. pugnatũ ad Furnas, captis Hilermo Iuliacenſi, & Erice Bellomontano, Anglus & Comes ſe recipiunt ad ſuos. Claudus rex ex Italia cum ueniſſet, inter Philippũ & Eduardum inducias in bienniũ cõpoſuit.* | 5256 |
| 1296 | 11 | *Quinquageſimæ & centeſimæ uectigal negociatoribus impoſitum, quæ Malatoſta uulgò appellata eſt.* | 5257 |
| 1297 | 12 | | 5258 |
| 1298 | 13 | *D. Ludouicus Franciæ rex à Bonifacio in ſanctorum numerum relatus.* <br> *Philippus & Eduardus aduerſus Adulfum omnibus inuiſum ob aſtutias &* | 5259 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1299 | 14 | *ſcelera coierunt, armántq; in illum* Albertum Auſtriæ ducem Imperatorem delectũ, à quo fuit in prælio cæſus. Eduardo regi Pulcher Margaritam ſororem locauit, uniuerſamq; Aquitaniam reddidit. Poly. Verg. Blancham minorem Fœdericus Alberti Cæſaris filius duxit. Vniuerſam Flandriam Rex opera Caroli Valeſij ſubigit. Vido comes cum liberis Roberto & Hilermo Lutetiã captiuus adducitur. Rex à Flandris magnificè receptus eſt, quorum plebs animo confeſtim mutato concitata, armis ducibúſque aſſumptis Petro Luſco textore, & Bridano lanio, apud Brugas uim conantur inferre Iacobo comiti Fani Pauli regio prætori. Philippus Vidonis comitis F. Carolo rege, cui in Italia ſtipendia faciebat, relicto, rediјt patriæ ſuppetias laturus. Eduardus Rex Anglus, cum Flandros ſeruare cuperet, callidè quibuſdam diſperſis rumoribus regem à bello abſtrahit, ad quod gerendum rebus omnibus inſtructiſſimis ipſe pergebat. | 5260 |
| 1300 | 15 | Carolus Valeſius alia uxore ducta, Catharina Balduini iunioris Auguſti ex Philippo filio nepte, Romam ad Bonifacium Iubilei ergò peregrinatur. | 5261 |
| 1301 | 16 | Carolus Valeſius à Bonifacio patrimonij D. Petri præfectus eligitur. Ludouicus regis frater Eburouicũ comes. | 5262 |
| 1302 | 17 | Odium & inimicitiæ Bonifacij papæ in Philippum Pulchrũ. Mira hominis impudentia fuit, qui regnum Galliæ, pontificiæ maieſtatis beneficiũ aſſerere auſus | 5263 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1302 | | *eſt. Verùm multo ſtolidiores eſſe puto, qui diſceptãt an tantum liceat pontifici.* Tunc *noſtræ demũ* Franciæ *ſacris interdixit.* Epiſcopi Regis *partes ſecuti ſunt.* Pugna Curtracenſis. Flãdri *menſe* Iulio *uictoriã de nobis inſignem reportarunt.* Robertus Atrebas, Reginaldus Neella, Iacobus *comes* ſani Pauli, & *plerique alij illuſtres illic cæſi.* Atrebatiũ *comitatũ* Othoni Burgundiæ *comiti, qui* Mathildem *defuncti* Roberti *filiam in uxorẽ duxerat, rex dono dat, nulla* Roberti *nepotis ex* Philippo *filio ante* Robertum *patrem mortuo, ratione habita.* Iſabella *regis filia iunior* Eduardo Anglo *nubit.* | 5263 |
| 1303 | 18 | Vido *comes* Flandriæ *cum filio* Hilermo *regi fide data, in patriam ad tumultus ſedandos proficiſcitur: qui ubi nihil promouiſſet, ad regem redijt; obijtq;* Compendij 8. Calend. Mart. Morte Vidonis Marchiæ *regi obuenit* Engoliſmenſium *comitatus.* Gaguinus. Boniſacius PP. *ab hoſte* Sara Columna *interceptus,* Anagniæq; *aſſeruatus in domo paterna, poſt diem* 35. *ex quo liberatus erat, ob animi ægritudinem indignationemq; rabie correptus interijt.* | 5264 |
| 1304 | 19 | *Ad fanum* Odemari XV. M. Flandrorum, *ad* Ariam DCCC, *ad* Torna *cum* D. *cæſi.* Rex *ualde periclitatus eſt in conflictu ad* Montẽ Populeti, *in quo,* Hilermo Vidonis *nepote cum ſex millibus hoſtium cæſo, uicit,* M.D. *è ſuorum numero amiſsis.* Certis *conditionibus* Ro | 5265 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *bertum* Vidonis F.*maximum, & comitatus* Flãdriæ *hæredem* Flandris *reddit.* Regnum *& rex ipſe à* Benedicto *põtifice abſoluitur.* Rex *iſte grauis decumarum exactor extitit, cuius tempore pecunia rara, & moneta parum proba.* | |
| 1305 | 20 | Lugduni *cum* Clemens Quintus Lemo*uix, antea* Bertrandus *dictus,* Burdegale *archiepiſcopus,*PP. *coronatur.* Gallus, Anglus, Tarraconenſis, *reges cõueniunt.* Nobiles *aliquot in turba eliſi,* Papa *per uias incedens ex equo deiectus,* Rex Gallus *maceriæ antiquæ & multitudine ſpectantium grauatæ ruina penè opprimitur: qua circunuentus* Iohannes *dux* Britanniæ *necatur.* Huic Arcturus F.*ſucceſſit.* | 5266 |
| 1306 | 21 | Sedes *papalis* Roma Auenionem *tranſlata, ubi annos* 70. *conſtitit.* Tres *cardinales miſsi, qui* Romæ *& in* Italia *res gererent.* Iudæi *à* Rege *ſpoliati, & è* Gallia *pulſi.* | 5267 |
| 1307 | 22 | Ludouicus Hutinus *morte matris* Iohannæ *reginæ* Nauarræ *rex coronatur* Põpelone. Valterus Caſtellioneus M.Eq. Per *hæc tẽpora* Templarij *ubiq;* | 5268 |
| 1308 | 23 | *puniuntur. interea rex bonã partem reditus illorum accipit, papa* | 5269 |
| 1309 | 24 | *conſentiente.* Robertus Caroli Claudi F. Prouinciæ *comes,* Auenione *rex* Apuliæ *à papa coronatur, quo iure pater eius regnũ obtinuerat, & in* Italiã *premiſſus, ut* Hẽrici Imp.*eò proficiſcentis conatus frangeret.* Turcis *expulſis* D.Iohannis Hoſpitalarij | 5270 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1309 | | *Rhodum capiunt: qui ob ipſum poſtea uocari cœperunt Equites Rhodij.* | 5270 |
| 1310 | 25 | | 5271 |
| 1311 | 26 | *Viennenſe concilium, in quo de Templarijs, & Terræ ſanctæ recuperatione actũ eſt. Templariorum nomen papa obolet, quorum reditus D. Iohannis hoſpitalarijs conceduntur. Pontifex dimiſſo concilio Burdegalam pergens moritur.* | 5272 |
| 1312 | 27 | *Aurelianẽ Schola à rege & hoc papa inſtituta fuit. Bellum in Robertum Flandriæ comitem paratur. Engerrani tamẽ Marinij opera res omnis inter regem & comitem componitur: qui cum ſatis magnam comparaſſet inuidiam in colligenda ad id bellum pecunia, maiorem etiã tum ſibi conflauit ob exercitus miſſionẽ. Argentum ſignatũ improbè. populi Pariſienſis tumultus abortus irruentis in ædes Stephani Barbatuli, pecuniæ cudendendæ magiſtri. Rex etiam ipſe ex Flandria reuerſus Lutetiã, ob id periclitatur. Hutinus Petri Lugdunenſis archiepiſcopi conatus repreſſit, auſi regiam occupari iuriſdictionem.* | 5273 |
| 1313 | 28 | *Nurus regiæ, Margarita Ludouici Hutini regis Nauarræ, Blancha Caroli, apud Malirubi monacharum cœnobiũ deprehenſæ ſunt in adulterio, & conuictæ die Martis à reſurrectione Chriſti, grauiter ſupplicium de Philippo & Valtero Danoyſijs earum amatoribus ſumptum. Iohanna Philippi abſoluitur. Ludouicus, Margarita miſerè defuncta, è qua Iohannam filiam ſuſceperat, Clementiã* | 5274 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | regis Hũgariæ filiam ducit. Carolus ſuæ Blanchæ libellum dat repudij papa authore, & Iohannam filiam comitis Eburouicum uxorem accipit 3. Calend. Decembris ad Fontem Blaudi locum natiuitatis decedit, in æde D. Dionyſij ſepultus. Ludouicus Hutinus F. poſt patris mortem ſeſquiãnum ferè regnauit. | |
| 1314 | I | LVDOVICVS HVTINVS XLVI. FRANCIAE REX ET NAVARRAE SOLVS AN. ferè II. Hutinus tumultuoſus & perturbator. Engerranus Marinius, Longæuillæ comes, magna cum authoritate fiſci ſummus præfectus, opera & factione Caroli Valeſij capitalis inimici, quia mentiri eũ per iurgium ille dixiſſet, Iohanne Annali accuſatore, peculatus reus, furca ſuſpenditur pridie Cal. Maij. Pauiotus Magus, cuius arte Engerrani uxor, ut ferebatur, in regis perniciem uti ſtatuerat, ſtrangulatur. Simul quædã clauda mulier comburitur. Engerrani ſtatua è ſummis palatij gradibus deiecta. Ex eo Valeſius ſemper ualetudinarius, numinis, ut aiebant, uindicta, ipſemet mortuum uehementer deſiderauit. Rex in Galliam Iudæos reuocat. | 5275 |
| 1315 | 2 | Opera Hutini creatus papa Iohãnes 22. qui ditior pontifex, quàm ſapientior, diu uicturus eſt. Parlamentum in palatio Pariſienſi ſtatarium & ordinarium conſtituitur. Rex moritur Nonis Iun. ad Vicenarũ ſaltum, Clementia uxore grauida relicta. Bello Flandrico nondum | 5276 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1315 | | *confecto, pax Lutetiæ in palatio hoc interregno facta per Philippum Longum Galliæ rectorem, & ſanctius concilium Cal. Septemb. Menſe Nouembri regina Iohannem peperit, qui per 8. tantùm dies uixit, quare nullo numero habetur.* | 5276 |
| 1316 | 1 | PHILIPPVS LONGVS XLVII. FRANCIAE REX ET NAVARRAE ANN. V. *Odo Burgũdiæ dux, Iohãnæ filiæ ſororis & defuncti Regis Ludouici regnũ deberi cõtendebat: cui ſatisfecit Lõgus, filia in uxorem data cũ Burgundionũ comitatu.* *Ludouicus regis F. Pariſijs moritur.* | 5277 |
| 1317 | 2 | *Pace cũ comite Flandriæ cõfirmata, Ludouicus Niuernenſiũ comes, ex filio eius nepos, Margaritam Regis filiam in matrimonium ducit. Maria tertia Regis filia Delphino Viennenſi nupſit.* | 5278 |
| 1318 | 3 | *Rex iſte neq; ab Eccleſia, neq; à po-* | 5279 |
| 1319 | 4 | *pulo, quæ petebat tributa & uectigalia impetrare potuit. Iohãnes à Poliaco* | 5280 |
| 1320 | 5 | *Theologus, cogente Papa à ſententia deductus eſt, & iuſſus palinodiam canere. Aſſerebat enim fratribus Mendicãtibus cõſitẽdũ nõ eſſe de peccatis: qđ ſi quis hoc feciſſet, ad Paſtorẽ & Curionẽ redeũdũ.* *Puteos Elephantiaci à Iudæis perſuaſu ueneno inficiunt: quæ res graſſantis extitit cauſſa peſtis. ſed utrique miſerè dato ſupplicio perierunt.* *Rex cõſtituerat, ut ubiq; põderis, menſuræ, & pecuniæ ratio eadem eſſet: ſed morte præuentus efficere non potuit.* IIII. *Non. Ianuar. Lõgus obit, in æde* | 5281 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | Dionyſij conditus. ei frater ſuccedit, IX. Calend. Martij Rhemis ſacratus. | |
| 1321 | 1 | CAROLVS PVLCHER XLVIII. FRANCIAE REX ET NAVARRAE ANN. VII. | 5282 |
| 1322 | 2 | | 5283 |
| 1323 | 3 | Iohannes Inſulanus Non. Maij Lutetiæ ad patibulum ducitur. Falſum eſt uitricum fuiſſe Iohannis Papæ. Aemylius. Scelerum ſeuerus animaduerſor, iuſtitiæ & æquitatis cultor Pulcher fuit. Fraterculorum hæreſim Iohannes Papa damnat. Carolus Valeſius Aquitaniam in- | 5284 |
| 1324 | 4 | greſſus, Hugonem Penſacenſem & Anglos fugat. Iſabella Regina | 5285 |
| 1325 | 5 | Angliæ in Gallia ꝓficiſcitur ad Regem fratrẽ. pòſt in Angliã cum potenti & copioſo comitatu reuerſa maritũ Eduardum expellit, ut filius iuuenis Eduardus tertius re- Carolus Valeſius morbo nunquã ſe remittente, Engerrani corpus in gratiam conſanguineorum à Rege poſtulat, eiq; ſumptuoſas exquias faciendas curat. Menſe Decembri ſequente circa decimũ- | 5286 |
| 1326 | 6 | gno potiretur. ſeptimum Calen. Ianuar. moritur. Regũ hic primus eſt, qui papæ decumas permiſit, ut quæſtus particeps fieret. has autem iſte colligebat ut bellũ moueret in Ludouicũ Bauarũ optimũ imperatorem, quẽ hoſtem ſcilicet Eccleſiæ iudicauerat. | 5287 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1326 | | Nicolaus de Lyra Theologus Frãciſcanus, uir doctus in lingua Hebræa. | 5287 |
| 1327 | 7 | Moritur Rex ad ſaltum Vicenarum Calend. Feb. ſepultus in æde D. Dionyſij, relicta uxore grauida. Interim controuerſia inter Eduardum Angliæ Regem, & Philippum Valeſiũ, uter regni rector aut ſucceſſor eſſe debeat. Robertus Atrebas lege Salica cauſſã Valeſij modis omnibus tuetur. Regina Calend. April. Blancham peperit filiã poſthumam, quam Valeſius Rex poſtea Philippo minori filio Aurelianenſium duci elocaturus eſt. Itaque Philippus Valeſius trium ſuperiorum regum patruelis id temporis rector, Rhemis Rex inungitur die feſto ſanctæ Trinitati, per Gulielmum archiepiſcopum. | 5288 |
| 1328 | 1 | PHILIPPVS VALESIVS XLIX. REX ANN. XXII. Caroli Valeſij. F. Ludouicus Flandriæ Comes 10. Cal. Septemb. reſtituitur. Flandri profligantur, cæſo in conflictu Collino Annecino plebis altero ductore. Caſletũ captum, ſpoliatũ & incẽſum. A duce Brabãtino redditus Hilermus Canutus alter plebis ductor regijs repetẽtibus, de quo Lutetiæ ſuppliciũ ſumptũ eſt. Valterus à Creceio Caſtellionis dominus. M. Eq. | 5289 |
| 1329 | 2 | Iohannes Papa contentionibus quæ illi erant cum Petro Reatino Antipapa, & cum imperatore, totum regnum commouet & perturbat. | 5290 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | Ad Ambianos regū Franci, Angli, Bohemi, & Balearici conuentus. Anglus clientem ſe profeſſus eſt, atque in uerba Valeſij iurauit, repetens res in Aquitania ſibi ablatas bello Penſacenſi. Valeſius ſacra arma īduit aduerſus infideles.<br>Iohānes Bohemiæ rex cum filio Carolo poſtquam in Franciam uenerat, Bonam filiam Iohanni regis filio natu maiori & Normaniæ duci nuptum dedit.<br>Ludouicus Clarimontis & Marchiæ Comes, primus Borbonij dux.<br>Petri Cun[illegible]ij actio in epiſcopos pro Rege, qua conabatur illis cum temporalem auferre iuriſdictionem, tum illorum totiúſque cleri mores in melius conformare, Bertrando Eduorum epiſcopo præcipuo defenſore. Hanc finijt controuerſiam Rex ipſe die feſto D. Thomæ Cantuarienſi, epiſcopis quod petebant concedens. Quare illi cognomen ueri Catholici cum gratiarum actione, multíſque laudibus detulerunt. | |
| 1330 | 3 | Philippus Eburouix, Rex Nauarræ, ex uxore Iohanna filia Ludouici Hutini. Aemylius & Polydorus falluntur, appellantes Ludouicum. | 5291 |
| 1331 | 4 | | 5292 |
| 1332 | 5 | | 5293 |
| 1333 | 6 | | 5294 |
| 1324 | 7 | | 5295 |
| 1335 | 8 | Benedictus Toloſas PP. Auenione.<br>Initium maximi belli Anglici, quod tam atrox, cruentum, & funeſtum fuit, ut | 5296 |
| 1336 | 9 | ex quo Gallia Romanorum arma ſenſit, | |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1336 | | nullum cum eo ſit coferendum: ſæpius intermiſſum, ſæpius renouatū. Robertus Atrebas Comes Bellomōtanus, cum litem amiſiſſet quæ illi erat cū Mathilde Burgundionis uxore, atque ob id inimicitias cum rege exercens, iactatis qubuſdā uerbis contumelioſis, quanuis regis ſororem haberet uxorem, ſe male acceptum, iniuriámque ſibi factam exiſtimans, Burdegalam ad partes Angli ſe recepit, uxore liberíſque Iohanne & Carolo relictis. Anglus eum honorificè excepit, & remunerauit comitatu Richemondiæ. | 5297 |
| 1337 | 10 | Iacobus Arteuilla homo plebeius in Flandria pro Anglo multas excitat turbas cōtra Comitē, qui ſe in Franciam recepit. | 5298 |
| 1338 | 11 | Natalis Caroli Quinti. Galli & Angli regum inſtructiſsimæ acies in conſpectu ferè ſine ullo cōflictu ueniūt. Eduardus, cum Valeſius prælio abſtineret, Flandriam repetit, ubi Iacobi Arteuillæ conſilio, liliorū inſigni, & Regis Frācia titulo adſumptis (quæ hucuſq; ſibi arrogat) illinc in Angliā traijcit. P. Valeſius ſocios habuit in caſtris, Bohemum, Scotum, Nauarrum, reges: Duces, Iohannem Britannum, & Rodulphum Lotaringum: Comites 26. magnámque aliorum nobilium cateruam, cum maxima milirū turba. Eduardus Imperij Vicarius conſilio ac ductu Roberti Atrebatis confidebat uirtute & numero militum Anglorum, Flandrorum, & Germanorum. Sed Lu | 5299 |
| 1339 | 12 | douicus Bauarus German. Imp. cui non ſatisfactum erat, mox ab eius ſocietate | 5300 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *defecit, amicitiámque Galli maluit. In quadam in Flandria excurſione* | |
| 1340 | 13 | *Gulielmus Comes Saleberienſis captus Lutetiam adducitur.* *Pugna naualis atrox ad Cluſas 9. Calend. Iulij in qua Eduardus ſua felicitate & uento ſecundo adiutus, noſtros maris Præfectos inter ſe diſcordes, cæcidit, profligauítque. VII. Calen. Aug. dux Burgundiæ Robertum Atrebatem Fanum Odemari obſidentem coegit ad Anglum ſecedere, qui tum Tornacū oppugnabat. Inducijs inter reges factis promulgatíſque, utrinque captiui redduntur. Flandri ſuum recipiunt Comitem. illis omnino parcitur. Scotus æternus Francorum amicus domum reducitur. Bohemus aliquandiu agit in Francia. Iohannes tertius Britanniæ dux, ad ſuos rediens, obit in itinere. Philippus Nauarrus in Hiſpaniam aduerſus Saracenos eſt profectus, ubi poſtea in Argeſillæ urbis regni Granatæ obſidione mortuus eſt, anno 1343.* | 5301 |
| 1341 | 14 | *Bellum Britannicum inter Carolū Bleſenſem & Iohānem à Mōteforti de Ducatus Britanniæ ſucceſſione. Iohannes cū iudicio Parlamenti uictus eſſet, ad uim & arma ſe conuertit, Anglo Rege fretus. Iohannes Regis F. Normaniæ dux, Iohānem à Monteforti ad Nannetes capit, quem Lutetiā in arcem Luparā adſeruandū mittit. Claudia uxor cum Iohannne filio adoleſcentulo fortiter mariti partes tuetur. Papæ opera in bienniū* | 5302 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1341 | | illi dantur induciæ. Interea regẽ Angliæ ſibi conciliauit, nuptijs pactis inter Iohannem filium, & Mariam Angli filiã. quare ab illo adiuta bellum quàm antea acrius repetit & renouat. Robertus Atrebas ex uulnere illic accepto poſtea interijt. Eduardũ ipſum ut præſens bello | 5302 |
| 1342 | 15 | præeſſet, tandẽ illa pertraxit, ſed per legatos Papæ induciæ in trienniũ extractæ. Clemens Sextus patria Lemouix Auenione Papa, qui Iubileum ad annos quinquaginta rediget. | 5303 |
| 1343 | 16 | Oliuerius Cliſſonus, Gulielmus Baccho, Ricardus Per- | 5304 |
| 1344 | 17 | ſerus, & alij nobiles aliquot è Normania & Britãnia, minutæ maieſtatis, qui pro Anglo ſtetiſſent, damnati, Lutetiæ capite puniuntur. Gotthofredus Comitis Haricuriæ frater, proditionis accuſatus non comparuit, ſed proſcriptus ad regem Angliæ profugit, à quo Magiſter Equitum dictus eſt, ut ſcelerati & impij in patriam belli dux eſſet. | 5305 |
| 1345 | 18 | Venalia hoc tempore ſacerdotia. pecuniæ omnia obediebant. Initio regni immanes pecuniarum exactiones fuere, ac primum ex ſale uectigal inſtitutum. | 5306 |
| 1346 | 19 | Eduardus ex ducibus aliquot in Aquitaniam mittit. Ipſe cum filio & numeroſo exercitu in Cõſtantienſem agrum Cal. Iulij exijt, ubi ferro & igni uaſtata loca uniuerſa. Rodulfus Magiſter Equitum, & Iohannes Tancredouillanus Cadomi ſe ab hoſtibus capi permiſerunt. | 5307 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | VII. Calend. Septemb. (10. Calend. inquit Aemylius) ſabbato ad ueſperam pugna ad Creſciacum omnium famoſiſſima luctuoſiſſimaq; quæ Gallis unquã acciderunt, ob duces nobilitatemq́; ferè omnem illic interemptam. Occiſi ſunt in eo prælio Iohannes Bohemiæ Rex, Carolus regis frater Germanus Alẽconiũ, Rhodulphus Lotaringiæ, Ludouicus Flandriæ, Haricuria, Bleſenſis, Sacrocæſarienſis Comites. Poſtridie longè maior cædes eorum qui per imprudentiã ad ſigna noſtra ſe recipientes, in Anglorũ manus incidebant. Deſiderati ſunt in ea pugna ex omni numero circiter ad triginta millia.<br>Gothofredus Haricuria mœrore & facti pœnitentia uictus, Regi ſe tradidit laqueũ collo geſtãs, quẽ Rex illi abſtulit. Carolus Lucẽburgẽſis Bohemiæ Rex domũ redit, qui deĩde Imperator deligetur.<br>Ludouicus Iunior Flandriæ Comes. | |
| 1347 | 20 | III. Non. Aug. xi. poſtquam Calitium obſeſſum erat menſe, ſpe & auxilio urbs deſtituta, per Iohãnem Viennenſem Regis Præfectum deditur Eduardo ea lege, ut ciues incolumes cum ſingulis ueſtimentis quò uelint ſe cõferant. Nobilibus aliquot, iiſq; primariæ authoritatis, qui capita ſua pro ſalute omnium hoſti deuouerant, Angliæ Regina grauida non ſine numinis uoluntate ueniam uitamq́; impetrauit. In Francia à Rege inſtitutum, ut qui primùm uacarent magiſtratus, Calitio expulſis ac proſcriptis cõferrentur pro genere uitæ & ſtatu, tum ut | 5308 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1347 | | eis penſatio quædam ac remuneratio beneficiorũ, tũ ut urbis fortiter defenſæ honeſtũ teſtimoniũ eſſet. Ex eo tẽpore Calitium ab Anglis recuperari non potuit. Carolus Bleſenſis cũ duobus filijs Iohanne & Vidone in Britãnia capti, in Angliã ducũtur. Pater, Reginæ Anglicæ, quæ illi ſanguine cõiuncta erat, ꝓcibus ſtatim liberatur, retẽtis tamẽ eius liberis, qui ſatis humaniter & habiti & tractati ſũt. Menſe Decẽbri Trapezitæ Longobardi & Itali capti, pulſi ac ꝓſcripti ex Frãcia ob immanes uſuras præter leges exercitas. Rex ſortem accepit, interuſurio relicto. | 5308 |
| 1348 | 21 | Fames & peſtilentia. Inducijs cum Anglo factis Rex | 5309 |
| 1349 | 22 | nuptijs celebrandis dat operam. Acquiſitio Delphinatus Viennenſis uili precio uenditi à principe Humberto, qui Dominicanorũ inſtituto & ſectæ ſe addixit, ſed ea lege, ut primus Regis filius, eius ferret nomen, dominatumq; obtineret. Philippus Fortunatus Felix uerè Catholicus qui tamen rebelles & coniuratos opprimere nunquã potuit, obijt. 5. Cal. Septemb. ad Nogentum Regium, ſepultus apud diuum Dionyſium. | 5310 |
| 1350 | 1 | IOHANNES I. REX ANN. XIIII. Induciæ prorogatæ ſunt. — VII. Cal. Octob. Rhemis cũ Ioh inna Bononienſi uxore ſecũda cõſecratur. 16. Cal. Nouemb Luteciã cũ põpa ingreſſus eſt. Hic rex Iohãnes excelſo & generoſo ani | 5311 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *mo fuit, adeò à ſimulatione alienus, ut in neminem uultu aut uerbo amorē præ ſe tulerit, quin eum amaret. Quæ uirtus in* Rege *nimis heroica eſt.* Initium ordinis *Stellæ à* Rege Iohanne *in antiqua & nobili domo* S. Audoeni *ad* Lutetiã. Equi*tes illius ordinis ſtellam aut in capitio, aut in alio ueſtis conſpicuo loco geſtabãt. Aemulatione adductus* Rex Anglus *Garterios* Equites *inſtituit, qui* Periſcelidem *inſigne ferrent.* Rodulfus *Magiſter* Equitum *ex* Anglia *reuerſus, proditionis accuſatus & damnatus, capite luit pœnas* Lutetiæ *apud* Nellam *domum.* | 1512 |
| 1351 | 2 | Carolus Hiſpanus Magiſter Equitum. Rex Nauarræ *ob ſimultates priuatas ad* Aquilam Normaniæ *uicum in lecto iacentem occidentem curat.* VI. Id. Ianua. Nauarrus Regis *gener in* Parlamentum *uenire noluit, niſi uno filiorũ* Regis *obſide accepto.* IIII. Non. Martij *acta eſt cauſſa.* Rex *ignoſcere & factum condonare coactus eſt, adductus potiſſimũ* Heroinarum *precibus, quæ conuenerant ut pro eo deprecarentur.* Iacobus Borbonius *ducis frater,* M. Eq. | |
| 1352 | 3 | Innocẽtius VI. Lemouix Auemone. PP. | 1513 |
| 1353 | 4 | | 5314 |
| 1354 | 5 | Nauarrus *interceſſit ne* Rex *tributum quod à tribus populi ordinibus ſibi dari poſtulabat, pridie* Cal. Decẽb. *acciperet, tandem tamen* Regi *conceſſum eſt.* | 5315 |
| 1355 | 6 | Carolus Regis *filius primus* Delphinus, *&* dux Normaniæ. Carolus Nauarrus *cum per multis nobilibus* | 5316 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1355 | | *dum menſæ accumbit cum* Delphino, *imprudens capitur* Non. April. Ex eorum *numero* Iohãnes Haricuria *& tres alij eueſtigio truncantur capite*. Nauarrus Lutetiam *captiuus adducitur.* | 5316 |
| 1356 | 7 | Rex Angliæ, *Claudioceſtriæ ducem in in fines* Coſtantienſium *mittit: cui ſe ſtatim dedit.* Philippus Nauari *frater*, Gothofreduſq; Iohannis Haricuriæ *cæſi patruus, pariter eius filius* Valliorum *princeps* Eduardus *annos uigintiquatuor natus, in* Aquitaniam *traiecit, aduerſus quem* Rex *feſtinanter contendit.*<br>XIII. Calend. Octob. *die Lunæ* Rex Iohannes *capitur.* Hæc *pugna fuit uix ad quartum lapidem ab urbe* Pictonum *in campis qui belli uiſus & male pertuſi uulgò dicũtur.* Anglus *in uineis, dumis, ac ſpinetis ſeſe occuluerat cũ modico exercitu.* Rex Dionyſio Myrobrecho Atrebati *tunc apud* Anglum *exuli ſe permittit.* Philippus *animoſè & audacter patrem defendẽs, capitur.* Ab Eduardo *cognato* (Ricardum Gaguinus *falſò nominat*) Valliorum *principe humaniter & honorificè tractati, in* Angliam *ducti ſunt.*<br>Clades *non admodum inſignis, nempe ad quinque aut ſex millia hominum numero, ſed magnis incommodis quæ ex eo prælio uniuerſæ* Franciæ *acciderũt.* M D *aut* M D C C *è nobilibus capti, & bis tanto maior captiuorum numerus hoſtium* Anglorum *exercitu.*<br>Valterus Brenus Athenarũ *dux uulgo dictus,* M. Eq. *illic cæſus eſt.* | 5317 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *Fortuna & proſperitas Eduardi Principis Valliorum.* Carolus Delphinus elapſus, Pariſios ſe recipit, coacturus Lutetiæ concilium Id. Octob. Seditiones paßim in Gallia erãt. Carolus Nauarrus cuſtodia liberatus à ſuæ factionis hominibus, pridie Calend. Decẽb. Lutetiæ in concione populi cõqueſtus eſt uehementer de iniurijs ſibi à rege factis. Is quacunque iret, cum orationibus ad concitandum populum compoſitis, tũ armis maiores turbas excitabat. Induciæ cum Anglis in Biennium factæ Burdegalæ. Robertus Gallus epiſcopus Laudunenſis, Stephanus Marcellus Mercatorũ Præfectus, ac ciues Pariſiẽſes Nauarri turbis ac ſeditionibus innixi, Delphinũ in ſua poteſtate habere, regniq; adminiſtrationẽ rapere nitebãtur. Delphinus in Germaniã ad Carolũ imperatorẽ auunculum ſe recipere coactus eſt. Pariſienſiũ pre-<br>Ocitani luxurioſo ueſtitu ludiſque prohibitis aurum & mũdum muliebrem, earúmque | |
| 1357 | 8 | cibus Lutetiã redijt, uerùm cũ periculo uitæ, Tribunis militum Campaniæ & Clarimontis inti-<br>magno conſenſu & uoluntate uendiderunt, ut ad regem liberandum conferrent, Comite Armeniaco apud eos Præfecto. | 5318 |
| 1358 | 9 | mis ac familiaribus in cubiculo ad palatium in conſpectu ſuo trucidatis, & per ſummum ludibrium tractis & proiectis totum diem ad Petram marmoreã. Mar- | 5319 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1358 | | cellus Præfectus Delphino capitiū proiecit in mediū, quod partim ex rubro, partim ex cæruleo erat, qui color plebis ferebatur, ut uim ab illo auerteret. Plebs per tres ordines tentauerat abrogare & tollere Regios Magiſtratus. Delphinus regni adminiſtrationem per ſe ſuſpiciens, pridie Id. Mart. ſe Rectorem Franciæ hoc eſt regni gubernatorem, præconio promulgari iubet. Plebs ubique in nobiles cōmota, cæſis Bellouacis, quæ factio Iaqueria dicebatur, cæteri perterriti domū redierunt. Pariſienſes Nauarrum propè ducem ſibi contra Delphinum habebāt. Stephanus Marcellus ad diui Antonij portam cæſus eſt. Delphinus Rector urbem ingreditur. | 5319 |
| 1359 | 10 | Rex Angliæ Calitio in fines Rhemorum profectus. Pariſiorum deinde ac Carnutum uicina loca omnia ferro & igni populabatur. | 5320 |
| 1360 | 11 | Pax ad Britiniacum 8. Id. Maij. Calitij Rex liberatur 8. Cal. Nouemb. In pacis fœdere adiunctus fuit rex Nauarræ, cum Philippus frater pro eo uadem ſe exhiberet. Tota pacis ratio conditionésque in Annalium monu- | 5321 |
| 1361 | 12 | mentis reperiuntur. Rex Lutetiam reuerſus, Parlamentum quod biennium ferè uacauerat, inſtaurauit. Morte Philippi Burgundionis, Iohannes Rex Ducatus hæres & ſucceſſor fuit. | 5322 |
| 1362 | 13 | Vrbanus V. Lemouix Auenione Papa. Rex Auenionem adit, tum ut Papam inuiſeret, tum ut milite gregario in agris | 5323 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *omnia prædante patriam liberaret, & omnem iſtam fecem extra regni fines in religionis hoſtes ad bellum duceret.* | |
| 1363 | 14 | | 5324 |
| 1364 | I | *Rex Iohannes, ut de ſuis obſidibus liberandis tranſigeret, in Angliam tranſit, ſed morbo impeditus Londini moritur 6. Calend. April.*<br>*Carolus Quintus patris corpus in Galliam ad D. Dionyſium tranſtulit.*<br>CAROLVS V. SAPIENS LI. REX ANN. XVI. *Rhemis cum uxore Regina Iohanna Borbonia conſecratur 14. Calend. Iunij. Hic tantũmodo loca uicina Lutetiæ peragrans, longinqua & grauia tum negocia, tum bella, per fratres ac Præfectos ſuos feliciter adminiſtrauit.*<br>*Bertrandus Geſquinas Britannus Nauarrum expellit.*<br>*Philippus Audax Regis frater, dux Burgundiæ.* III. *Calend. Octob. occiditur in acie Carolus Bleſenſis, in Britannia bellum gerens contra Iohannem à Monteforti, quem cum uiduæ principatum Pontiberæ reſtituiſſet, & de cætero conuentum eſſet, Rex in fidem accepit, ducem Britanniæ agnoſcens. Carolus Bleſenſis poſtea conſecratur, & in diuorum numerum refertur ab Vrbano Papa.* | 5325 |
| 1365 | 2 | *Bertrandus Geſquinas in Hiſpaniam ſuſcipit expeditionem, ut patriam* | 5326 |
| 1366 | 3 | *ſceleratis hominibus quibus abundat, expurget. Petrum Caſtulonenſem* | 5327 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1366 | | *Franciæ maleuolum, ſuisq; & Tarraconenſi uicino inuiſum, regno deturbat. Henricum Caſtulonenſem fratrem nothum qui antea expulſus erat, coronandum curat. Princeps Valliorum, cum ex Aquitania in auxilium ueniſſet, Henrico in fugam compulſo, accapto Geſquinate, Petrum reſtituit. Verùm cum militi ſtipendiũ à Petro promiſſum non daretur, in Aquitaniam exercitum reducit, ubi Geſquinas magnificè ac liberaliter ſe redimit. Nouis ex Francia ſuccedentibus auxilijs Nothus bellum redintegrans fratrem occidit, regno potitur.* | 5327 |
| 1367 | 4 | | 5328 |
| 1368 | 5 | *Iohannes Dormanus Iuris Præfectus, Bellouacorum epiſcopus & Cardinalis. III. Non. Decẽb. Natalis Caroli Sexti. Bellũ inter Anglos & Frãcos renouatũ. Aquitani grauatè imperium Anglorum ferebant, quia tributo nimio pre-* | 5329 |
| 1369 | 6 | *mebantur. Armeniacus nobileſque alij & ciuitates ad Regem Franciæ Senatúmque Pariſienſem prouocarunt. X. Calend. Maij Lutetiæ ad portam diui Antonij iacta ſunt fundamenta arcis Baſtildæ per Hugonem Ambriotum Prætorem urbanum, Regis uerò ſumptibus. Nuptiæ Margaritæ filiæ unicæ Ludouici Comitis Flandriæ, & Philippi Audacis. Rex Angliæ eam nuptum dari Edmundo filio uoluerat. Ad IX. Calend. Octob. Robertus Canolus Anglus Calitio cum in Franciã perueniſſet, inter Lutetiã & Iudæã ſubur-* | 5330 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | banum uicum ſuos ad dimicandum expeditos paratoſque habuit, oſtentauitq́;. in Aquitaniam deinde profectus eſt, ut principi aduerſus eos qui defecerant, uix conſiſtenti, ſe cōiungeret. Vrbs Lemouicū ab Anglis diripitur ac deletur. | |
| 1370 | 7 | Gregorius XI. Lemouix papa Auenione. Cum Maurellus Fiennus ſe magiſtratu abdicaſſet, Bertrandus Geſquinas ſtatim Magiſter Equitum dictus, in Aquitaniā ad Anglos armis perſequendos à Rege mittitur. Hic Magiſter Equitū quanto humiliori loco quàm quiſquā alius antea tanto animoſior, & ad arma promptior. | 5331 |
| 1371 | 8 | Auxilio claßis ab Henrico Caſtuloneſi miſſæ Angli ad Rupellā maritimo bello grauiter cæſi, quo partim nauium captæ, partim incēſæ, partim ſubmerſæ. Duces Biturigū & Burgundiæ fratres Regis in Pictonibus & Santonibus rem faciunt. Victoriæ, fortuna, triūphi Bertrandi | 5332 |
| 1372 | 9 | Geſquinatis in Aquitania & Britannia. Ex Anglis Robertus Canolus ei fortitudine opponebatur, quē Iohannes à Monteforti Regis Angliæ gener ſummū Præfectum in uniuerſa Britannia contra nos reliquit. Iohannes Dormanus Cancellarij dignitate ſe abdicauit, quam Rex fratri Gulielmo Dormano detulit. Superſtitio Turlupinorū, qui cognomen ſibi adſumpſerant paupertatis ſocietatē, cum ſcriptis libris & habitu damnati, exuſti atque deleti ſunt. | 5333 |
| 1373 | 10 | | 5334 |
| 1374 | 11 | | 5335 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1375 | 12 | Iohannes Viennenſis Præfectus maris. Lex Regis Caroli Quinti, ut Regũ Franciæ filij anno 14. cõſecrẽtur, & coronẽtur, ꝓmulgata fuit in Senatu 12. Cal. Iunij. Gregorius Vndecimus ſedem papatus Romam Auenione retulit. | 5336 |
| 1376 | 13 | VI. Id. Iul. mors Eduardi principis. Iohãnes à Monteforti in Britannia adeò Frãcos annis urgebat, ut Ludouicus Andegauenſis pedẽ referre coactus fuerit. | 5337 |
| 1377 | 14 | Ad neceſsitates belli uectigal ſali ac promercali uino impoſitũ. Aemylius. Rex Quintus eo tẽpore aduerſus Anglos exercitus quũq; potẽtiſsimos habebat, ut & milite & ducibus longè ſuperior eſſet. Mors Regis Eduardi patris. Ricardus ex Eduardo prĩcipe filio nepos annos xi. natus ei ſucceſsit, ut moriẽs auus iuſſerat. Carolus IIII. Imperator, Frãci Regis auũculus, ac Vencelaus filius Cæſar ue- | 5338 |
| 1378 | 15 | nerũt in Frãciã, ut inter Anglos & Francos pax fieret. magnificentiſsimè excepti Pariſios ingreſsi ſunt pridie Non. Ianua. Rex quãuis æger, eis obuiã proceſsit ad diui Dionyſij portã. ſed totũ de pace negotiũ interruptũ atq; ꝓrogatũ, ꝓpter obitũ Reginæ ad 8. Id. Febr. & paulò pòſt Iſabellæ filiæ V. Id. Februa. Hoc luctus tẽpore Cæſares abierũt, eorumq; iuſſu conuentus mox | 5339 |
| 1379 | 16 | Gandaui eadẽ de re habitus: ſed re īfecta diſceſſũ eſt, ob ſchiſma & factiões de Papatu. Albata plebs in Flandria aduerſus Comitem & nobilitatem. Philippus dux Burgundiæ ſocero uenit in auxilium. | 5340 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *Schiſma 30. annos fuit. Vrbanus* VI. Romæ *Pontificatum gerens. Clemens uerò* Fundis *(quæ urbs erat partium* Iohannæ Reginæ *Siculæ) à* Gallis *Cardinalibus delectus conſedit* Auenione. Rex Franciæ *partes eius ſecutus eſt.* Propterea *bina concilia eccleſiæ* Gallicanæ Lutetiæ *coacta & habita ſunt. Primum frequentia maiori,* 3. Id. *Septemb.* Alterum 16. Calend. Decemb. | |
| 1380 | 17 | *Thomas Anglus,* Calitio *in Franciã, deinde in* Britãniã *peruenit, in auxiliũ partiũ* Iohannis *à* Mõteforti, *Andiũ duce illũ inſequente, nõ audẽte tamen confligere.* III. *Id. Iul.* Bertrandus *Geſquinas* Magiſter *Equitũ morte abſumptus dum* Caſtrum *nouũ obſidione premit, quod eodẽ quo mortuus eſt die, ſe dedidit. apud* D. Dionyſium *ſepultus ad imam partem ſepulchri* Regis. Rex 16. *Calen. Octob. obit in caſtro* Pulchritudinis *ad ſaltum* Vicenarũ, *conditum apud* D. Dionyſium. Nicolaus Oreſmus, *homo doctus, cuius conſilia & monitus* Rex Quintus *in primis ſequebatur, ex* Latino Ariſtotelis & Ciceronis, *aliorumq; authorũ libros permultos traduxit.* Rex *enim literarum & literatorum amator erat ſummus, & admirator.* Iuſsit *etiã ſacros* Bibliorũ *libros diligenter & uerè transferri (nam* Valdẽſes *aliÿq; pro libidine eos uertebãt) rei eccleſiaſticæ literarumq; ſacrarũ perquam ſtudioſus.* Ius *ex æquo ut diceretur, in primis curabat, iudiciiſq; frequenquenter aderat.* In *pauperes liberalis ac* | 5341 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1380 | | *beneficus,propterea Sapiẽtis nomen meritò aſſecutus. Togatus omnino fuit,nec ex quo rex creatus eſt, arma unquam induit. Quicquid patri ablatũ erat,id omne fermè ab* Anglis *recuperauit. Præfecti belli, duces* Andiũ, Burgũdiæ, Biturigum,*eius fratres. Dux* Borbonius, & Bertrandus *Magiſter* Equitũ *negocia illi feliciter cõficiebant. In omni rerum genere lectiſſimos uiros habere uoluit.*<br>CAROLVS SEXTVS LII. REX ANN. XLII. *Adoleſcens admodũ* Rex *conſecratus eſt pridie* Non. Nouemb.*ob tutorum diſcordias. Ludouicus tamen dux* Andium *patruorũ maximus natu* Franciæ *rector permanſit.*<br>Ludouicus *dux* Turonũ *frater regis.* Oliuerius Cliſſonus, *genere* Britannus, M.Eq. *Iudæi uexati & iniuria affecti à perditis & ſeditioſis hominibus.* | 5341 |
| 1381 | I | Iohannes Britanniæ *dux à* Rege *in fidem receptus.* Hugonẽ Ambrotũ *in aula gratioſum, qui urbis* Pariſiorum *Prætor ampla & magnifica opera (exponũtur ab* Aemylio*) ædificarat,ſcholaſtici & eccleſiaſtici,quos tum contẽnebat,tũ ſtudio oppugnabat,iudicio perſequuntur.*Pariſiorũ *epiſcopus eum hæreſeos damnatũ in perpetuũ carcerem aſſeruandum tradit.*<br>*Hic rex três tãtùm liliorũ flores pro inſigni* Regũ Franciæ *geſtare inſtituit. Militi ſtipendiũ nõ perſoluebatur. Plebs ob aucta uectigalia tumultuabatur, cũ tamẽ* Rex *proximus tantã pecuniæ uim reliquiſſet, Duodeuicies centum millia* | 5342 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | nummum aureorũ, ut ſcribit Aemylius. Gaguinus uerò & magni Annales tradunt decem & octo milliones. Cæterùm ab homine certo ac uero accepi ſummam in tabulis ſcriptam, quam iuſſu dominæ Ludouicæ Regentis Franciæ, dum uiueret, matris huius noſtri regis Franciſci, ſubductis rationibus ſupputauerat, non minorem fuiſſe. Initio tamen regni huius magnæ fiſci anguſtiæ fuerunt. Adoleſcentia regis, & crebra gubernantium mutatione, diſſipata uniuerſa. Ludouicus Andegauenſis, Rector Franciæ, adoptione filius Iohannæ reginæ Siculæ, ut ei ſuppetias ferret contra Papam urbanum, & Carolum Hungarũ ab Vrbano euocatum, in Italiam feſtinans, quod potuit arripuit. Ter conatus uectigalia imponere, quæ ſingulæ ciuitates perſoluere detrectarunt. Seditione ac tumultu populus Pariſienſis, qui propterea Malleati dicti ſunt. Ambrotum, ut eum ducem haberent, carcere liberarũt. Is elapſus poſtea nuſquã uiſus eſt. Tandem ille Andegauenſis exhauſit pecunia populum, & eccleſiaſticos. Primus enim fuit qui Clemente Antipapa concedente, per laicos ui & armis, neglectis prouocationibus, in magno etiam Academiæ tumultu decumas ad bella abſtulit. Verùm malè partum, malè diſperijt, infelici rerum euentu. Nunquam aliàs Francia ſic uexata, quàm Rege hoc ſtulto & iuuene imperante, qui temerè largiens omnibus profuſiſſimus erat, ac maximè prodigus. | |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1381 | | Pudor ac reuerentia tum exulabat ἕκαϛος γὰρ εἶναι ἐθέλοι τε καὶ κύριος ἐβούλετο quare Carolus Septimus ob hanc regni conturbationem multum laborauit. Principes lætabantur Rectorẽ hinc | 5342 |
| 1382 | 2 | Auxilia Flandro in Albatos decreta poſtulante Audace genero. Rex ad Roſæbecam XI. Calend. Decemb. primo cui ĩterfuit prælio uictor euaſit. ex populo Flandrico plus 20. hominum millibus occiduntur. Philippus Arteuilla Gandauenſis populi dux, cum illic uulneratus fuiſſet, nec curari nec uiuere poſt tantam ſuorum cladem ſuſtinuit: quamobrem Rex corpus eius in patibulo igno-<br>abire, ut eius authoritati ac maieſtati obtẽperare non cogerentur. Hungarus Iohannam captã ad mortẽ adegit priuſquã in Italiam tranſcenderet Andegauenſis, qui à Clemente Siciliæ & Hieroſolymorum rex coronatus Auenione, ſtatĩ ſuperauit Alpes cum triginta millibus equitum. Nam pedeſtris exercitus numerus ignoratur. Sed quinto Idus Septemb. in Apulia | 5343 |
| 1383 | 3 | minioſè ſuſpẽdi iuſſit. Bellum hoc ſeptem annis geſtum, plus quàm ducenta hominum millia abſumpſit.<br>obijt. Corpore in Franciam relato, milites incolumes cateruatim redierunt.<br>Ludouicus Secũdus Andegauenſium dux, qui Iolantillam Tarraconenſem in matrimonium accepit. | 5344 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | Rex à Flandria rediens cum exercitu Lutetiam ingreſſus eſt. ciuibus uehementer infenſus, de CCC. magna populi cõmiſeratione ac cõſternatione ſuppliciũ ſumpſit. alij dimidia bonorum parte multati, quæ militibus diſtribueretur. In Rotomagum & quaſdam maiores urbes pariter animaduerſum. Rex Pariſienſibus Aediles, quos Scabinos uocãt, & Præfectũ mercatorũ in uindictã ſuſtulit: qui magiſtratus nõ niſi poſt quinquẽniũ reſtitutus eſt. Iohãnes Mareſius regis in Senatu aduocatus, popularis admodũ, cauſſa pauciſſimis diebus agitata, capite truncatur.<br>Petrus Orgemõtanus iuris Præfectus.<br>Remittendus fuit iterum in Flandriam exercitus. Angli qui Gandauenſibus in auxilium uenerant, domum ſe receperunt. Interea Ludouicus Comes natu- | |
| 1384 | 4 | ræ ceſſit III. Calend. Februa. ad fanum Odemari. Audax gener eius hæres, qui Gandauenſes leuiter rebellantes ſedauit, acrem omnem prudenter compoſuit.<br>Philippus Audax dux Burgundiæ, Comes Flandriæ &c.<br>Agreſtes Aruernorum Lemouicum & Pictonum duce quodam Petro Bruerio tumultuantes in nobilitatem & ſacerdotes, per Biturigum ducem aut gladio aut laqueo uitam miſerè finierunt. Perpauci qui euaſerant, ad agros colendos redierunt. illinc Auenionem ad Papam inuiſendum dux profectus eſt. Iſte Biturigum dux Iohãnes regis patruus, uir ſumma uirtute atque ingenio, ſolertes | 5345 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1384 | 4 | *& acutos in primis amabat, ad rem aliquanto auidior, quia profuſior in negocijs quæ ſuſceperat. Ad hæc in ædificia & eccleſias largè plurima erogabat.*<br>Finis belli Flandrici. | 5345 |
| 1385 | 5 | *Leo rex Armeniæ à Turcis expulſus, in Francia honorificè exceptus & tractatus, in Angliam traiecit, ut pace facta, bellum in Turcas coniunctis uiribus & copijs moueretur. Verùm cum impetrare non poſſet, in Galliam redijt. Iohannes Viennenſis Præfectus maris in Scotiam miſſus aduerſus Anglos, ſed ob diſsidium cum Scotis reuerſus eſt, regem adhortans ut tranſiret aduerſus Angliæ regem.* | 5346 |
| 1386 | 6 | *Summus apparatus belli in Anglos ad portum Cluſæ abrumpitur atque dimittitur cunctatione conſilio & authoritate ducis Biturigum.* | 5347 |
| 1387 | 7 | *Mors ſenis Caroli regis Nauarræ ambuſti. Lutetiæ ſingulare certamen inter Iohannẽ Carongiũ, & Iacobũ Griſeũ adulterũ, qui uictus ſui ſceleris pœnas dedit.*<br>*Britanniæ dux cum Cliſſonũ M.Eq. ad conuiuium uocaſſet, ſimulans deinde* | 5348 |
| 1388 | 8 | *ſublatis epulis pulcherrimas ædes uelle illi oſtendere, captiuũ eum tanquam clientem ſuum fecit quoad redemptionẽ perſolueret, & ſocietatẽ & amicitiam cum duobus filijs defũcti Caroli Bleſenſis iungeret. eum autẽ, quanuis Rex uehementer infenſus eſſet, nunquã liberare uoluit, niſi accepta prius pecunia, locisq; quibuſdam, quæ rex deinde coëgit reſtituere. Oliuerius Cliſſonus M.Eq. & Iohannes* | 5349 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | Mercarius Nouiãtus magnus Magiſter, & Petrus Riparius ducibus regis patruis domũ remiſsis omnẽ regni adminiſtrationẽ obtinebãt, eccleſiaſticorũ quoq; maleuolentiã multis modis contrahentes. | |
| 1389 | 9 | Rex ad Ocitanos contendens, Clementem PP. Auenione inuiſit. Papa Siciliæ & Hieroſolymorum regem nuncupat Iohãnem iuniorem Andegauenſem, qui interim Prouincia potitur. | 5350 |
| 1390 | 10 | Africum bellum ſacrũ Genuenſium precibus. Borbonius Imperator exercitus miſſus: & Angli & Veneti cum ſimul Genua ſoluiſſent, recto curſu Thunetem appulerunt: poſt imperatam barbaris ingentem pecuniam, útque in Africa ſe cõtinerent, captiuóſque Chriſtianos redderent, domum reuerterunt. | 5351 |
| 1391 | 11 | Philippi Aurelianenſis morte Rex ducatum Ludouico fratri dedit, qui morte Philippi fratris uxoris Valentinæ filiæ Iohannis Galeatij ducatui Mediolanenſi ſuccederet. Petrus Luna, genere Cathalanus, delectus papa Benedictus Auenione poſt Clementem. is præter fidem ac iuſiurandum quod dederat, ad tollendum ſchiſma nunquã animum applicuit: uerùm ut Franciæ duces infenſos ſibi reconciliaret, unius anni decumas illis cõcedit. unde paſsim fremitus atque indignatio. Inuiſus ergo & deſtitutus in Tarraconenſium fines patriam ſuam ſe recepit. Quo tutior eſſet, primus Euchariſtiã ante ſe ad ſui cuſtodiã geſtari ſemper uoluit. Tunc decreto papæ nihil omnino pecu- | 5352 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1391 | | *marū ex Gallia accipiebāt. Ludouicus Andegauēſis Iolātillæ nomine Tarraconēſe regnū ad ſe pertinere cōtēdebat, ſed Ferdinādo Caſtulonēſi adiudicatū fuit. Iacobus Armeniacus maxima erronum & perditorū per Galliā manu collecta in Italiam contendit, Florentinis à quibus pecuniam accceperat, contra Mediolanen-* | 5352 |
| 1392 | 12 | *ſes auxiliū laturus. Ad Alexandriā uictus captusq́; paulò pòſt ex uulneribus interijt. Decimooctauo Calendas Iulias Petrus Crao clàm reuerſus Lutetiā, Cliſſonum Magiſtrū Equitū cum adeò grauiter cecidiſſet, ut pro mortuo illum reliquerit, in Andes cōfugit. Cliſſonus Britannū huiuſce facti etiam conſcium inſimulabat. Rex ex ea re tanto dolore percitus, & uindictæ cupiditate motus fuit, ut cibo, potu, & ſomno abſtineret: potentiſsimóque exercitu comparato, repulſis omnibus qui de pace agerent, à Cœnomanorū urbe diſcedens ad quintū Calendas Iulias magnis diei caloribus in delirium animi & inſaniam lapſus eſt. Eo enim furore & phreneſi raptus eſt, ut proximos quoſque & ſibi obuios interemerit, quouſq; fatigatus, & equo deiectus, in urbem relatus, adhibitis medicorū remedijs, paulo melius habere cœpit, & ad ſe redijt. Ex eo tamen tempore nemo ſatis ei fidere auſus eſt. nam in morbū aliquando recidebat ita, ut ne uxorem quidem agnoſceret. Patrui regis Lutetiam reducti, regni adminiſtrationem ſuſceperunt. Dux Aurelianenſis regis frater* | 5353 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | cum prouinciam hanc ſibi deferri uellet, reiectus eſt, nempe nimiũ iuuenis. Qui regno præeſſe conſueuerant Nouiantus & Riparius, ablata illis dignitate expulſi. Similiter inuiſus omnibus Magiſter Equitum domũ ſe recipere coactus eſt. Philippus Duenſis comes in locum illius ſubrogatus M. Eq. | |
| 1393 | 13 | | 5354 |
| ·394 | 14 | | 5355 |
| 1395 | 15 | Carolus iunior rex Nauarræ, cui Nemoroſum datum, prius cõceſſo tamen & adiuncto ducatus titulo & dignitate, in poſſeßionum remunerationem quas pater habuerat in Normania. Cõgreſſus regũ Franciæ & Angliæ XII. Cal. Nouemb. Carolus Iſabellã filiam annos ferè octo natam, Ricardo deſpondit. In XXX. annos pactæ induciæ. | 5356 |
| 1396 | 16 | Iohannes Audacis Burgundionis filius, cum nobilißimis ac potentißimis Galliæ uiris per Germaniam profectus eſt, Sigiſmundo regi Hungariæ contra Turcas auxilium laturus. amißis omnibus captus ad Nicopolim perſoluta redemptione cum paucis ſuorum redijt. | 5357 |
| 1397 | 17 | Ludouicus Sacrocæſarienſis M. Eq. Iohannes Maingrius Buſicau- | 5358 |
| 1398 | 18 | dus Trib. Militũ. | 5359 |
| 1399 | 19 | Henricus dux Lancaſtri exul in Gallia, clàm nemine hoc ſuſpicante in Angliam reuerſus, Ricardum regno deturbat, ac ſe regem facit. Iſabellam in Franciam ad patrem poſtea remiſit, Carolo Aurelianenſis filio nupturam. | 5360 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1399 | | Palæologus Græcorū imperator in Franciam ſuppetias quærens uenit, uerùm uer- | 5360 |
| 1400 | 20 | bis & promiſsis tantùm adiutus eſt. Mors Iohannis ducis Britanniæ. | 5361 |
| 1401 | 21 | Vidua ducis Britanniæ nupſit Henrico Quarto Angliæ regi. Tres eius liberi, Iohannes dux Britanniæ, & Ricardus, & Arcturus in Gallia retenti ſunt. | 5362 |
| 1402 | 22 | Natalis Caroli Septimi Lutetiæ pridie Calend. Mart. Carolus Alebretus Druidum comes M.Eq. ſtatim expeditionem in Aquitaniam ſuſcipit. Reginaldus Corbia Cancellarius. | 5363 |
| 1403 | 23 | Genua in poteſtate Regis | 5364 |
| 1404 | 24 | aliquot annos fuit. | 5365 |
| 1405 | 25 | | 5366 |
| 1406 | 26 | | 5367 |
| 1407 | 27 | Decimo Calēdas Decembris, Ludouicus Aurelianenſis dux, Regis frater (ſic enim apud Aemyliū reponendū eſt) Lutetiæ occiditur noctu à percuſſoribus immiſsis per Iohannem Burgundiæ ducem: qui factū in aperto eſſe intelligens, profugit. Carolus dux Aurelianenſis. | 5368 |
| 1408 | 28 | | 5369 |
| 1409 | 29 | Burgundio armatus, ac magna militum turba ſeptus, contra uiduam Valentinā in Senatum uenit cædem iuſtè factā eſſe contendens, quod tamen minimè approbatum eſt, uerùm metu condonatū eſt illi factum. Gulielmus Bauarus, ut pacē inter eos faceret, ad Carnutes pfectus eſt. Hoc ciuile bellum ob duarū familiarū | 5370 |
| 1410 | 30 | Aureliani & Burgun lia ducum controuerſias fuit. leui de c uſſa etiam potentes | 5371 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *ac nobiles è medio tollebantur. Heroinæ, regina ipſa atque eius filia huc illuc pertractæ & uexatæ, ut in tumultu & periculo belli. Exactiones pecuniarum immanes, & interea peſtilentia & fames.* | |
| 1411 | 31 | *Alexāder V. papa Romanus, Ludouicū II. Andegauēſem Apuliæ regē pnūciauit, Ladiſlao illud regnū auferre uolens. Iohannes papa proximus idem fecit. Lutetiæ laniorum ſeditio ſæpe orta pro Burgundione, ductu & factione Petri Eſſarij prætoris, qui ducem illis dedit Cabocheum euiſceratorem.* | 5372 |
| 1412 | 32 | *Angli qui pro ducis Aurelianenſis partibus uenerāt, poſtquā cum Burgūdione pacem eſſe factā reſciuerunt, plurima incōmoda Galliæ inferunt, ac deinde Iohannem comitē Engoliſmēſem Aurelianenſis fratrem 32. annos in Anglia retinent.* | 5373 |
| 1413 | 33 | *Iohannes primus dux Alenconij. Ludouicus Delphinus Aquitaniæ* | 5374 |
| 1414 | 34 | *dux, regni adminiſtrationē accipit.* | 5375 |
| 1415 | 35 | *Iacobus Borbonius Marchiæ comes, Iohannam reginam Neapolitanam accipit uxorem, quæ Iohanni Tarraconenſi nuptias promiſerat, ſed utrunque fefellit. Circiter Idus Aug. Henricus V. Angliæ rex in Normaniam traijcit. Areſluctu ad deditionem compulſo, Calitium uerſus ſe recipit. ad 8. Calend. Nouemb. ad Dagincurtum circa Blāgium prælium committit, & parua clade affectus eſt, excepto fratre duce Eboracenſi illic cæſo. Decem millia Francorum cum multa nobilitate occubuerūt, & totidem ferè capta* | 5376 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1415 | | ſunt. Duces interempti Alenconius, Ambarus, Lotaringus, & Brabantinus, & comes Niuernenſis, & Alebretus M.Eq. Capti Aurelianenſis & Borbonius duces, & Buſsicaudus, & Vindocinenſis. Concilium Conſtantiæ, Sigiſmundi Cæſaris ſtudio & opera coactum & habitum tribus annis. Tres papatu priuati, ſed in primis ferocia & contumacia Benedicti, qui nec adeſſe, nec quenquam mittere uoluit, damnata eſt. Martinus V. PP. ſolus deligitur. Ludouicus Delphinus obit, quem mox | 5376 |
| 1416 | 36 | ſecutus eſt Iohannes eius frater. Carolus Delphinus. Iohannes Armeniacus M.Eq. Sigiſmundus Imp, ad Carolum uenit, atque illinc ad Henricum pro pace facienda, uerùm id fruſtra. Amadeus primus Sabaudiæ dux. Mors Ludouici Andegauenſis. Controuerſiæ renouatæ. Armeniacus Magiſter Equitum inuidioſus ob fiſci adminiſtrationem. Factio ducis Burgundiæ ſuperior erat. Regina relicto rege, ſe in manus eius | 5377 |
| 1417 | 37 | tradit cum filia Catharina. Anglus interea rem promouebat in Normania. | 5378 |
| 1418 | 38 | Iohãnes Villarius proditione unius portæ 4. Cal. Iun. de nocte Lutetiã cũ armatis inuadit, & ꝑmiſcuè, nulla habita ratiõe, cædes crudeliſsimas, maximasq; carnificinas facit. Vrbẽ, regemq;, ac aulã omnẽ Burgũdioni recipit. Armeniacus M. Eq. & Erix Marla Cãcellarius ĩterfecti, | 5379 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *ægrè* Delphinus *euaſit.* In *conſpectu* Delphini *ad* Mõterigolum *agere uolentis de pace, dux* Burgundiæ *occiſus eſt.* Philippus Burgundiæ *dux cum* | |
| 1419 | 39 | Henrico Angliæ *rege iuncta ſocietate, in patris ſui ultionẽ, regem, reginam,* Lutetiam, *& quicquid ſuæ factionis habebat, in manus ei tradidit, & in* Tricaſsibus Catharinam *regis* Caroli *filiam nubere illi coegit, ea lege, ut ij eorúmque liberi* Franciæ *regno ſuccederent, &* Henricus *interea maritus rex* Angliæ *& rector* Franciæ *cognominaretur.* Delphinus *exhæredatus & proſcriptus eſt.* | 5380 |
| 1420 | 40 | Henricus *uxorem in* Angliã *traducit.* | 5381 |
| 1421 | 41 | *ubi maxima cũ pompa & triumpho excepti in* Gallia *cum* Philippo Burgundiæ *duce* Hunfredũ Cloceſtriæ *ducem fratrẽ ſuum ad* πολιτείαν, Thomam *uerò* Clarentiæ *ducẽ ad res bellicas reliquerat, qui ad* Baugeũ *circa* Andes *à* Scotorũ *manu, quæ* Delphino *ſtipendia faciebat, cæſus eſt.* Iohannes Stuartus Scotus Burchaniæ *comes* M. Eq. *dictus à* Delphino. Iacobus Borbonius Neapolin *relinquere, & in* Franciam *redire cogitur.* Io- | 5382 |
| 1342 | 42 | *hanna regina eius uxor* Alphõſum Tarraconenſium *regem adoptat euocátque.* Martinus PP. Ludouicum III. Andegauenſem *(opinor* Aemyl. *falli, qui* Secundum *pro tertio ponit) regem* Neapolitanum *appellat.* Regina *non ita multò pòſt* Alphonſo *irata, adoptionem reſcidit,* Andegauenſemq; *adoptatum* Roma *accerſit, &* Calabriæ *ducem facit.* | 5383 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1422 | | Rex Anglus cognita morte fratris in Galliam redit. III. Cal. Septemb. ad ſaltum Vicenarũ Henricus Quintus rex, relicto Henrico Sexto, rege bimulo ex Catharina, decedit. corpus eius in Angliam relatũ. fratres ſuos duces Iohannẽ Bedfordienſem cũ Philippo Burgundione, Franciæ, Hunfredũ uerò Clocestrienſem Angliæ Rectores eſſe iuſsit. Carolus ſextus XII. Calen. Nouemb. obit, ſepultus ad D. Dionyſium. | 5383 |
| 1423 | 1 | CAROLVS SEPTIMVS LIII REX ANN. XXXVIII. | 5384 |
| 1424 | 2 | | 5385 |
| 1425 | 3 | | 5386 |
| 1426 | 4 | | 5387 |
| 1427 | 5 | | 5388 |
| 1428 | 6 | Franciſcus Britanniæ Dux. Obſidio Aureliani. Thomas Montacutus Anglus Sarisberieſis Comes ictus interijt. | 5389 |
| 1429 | 7 | Aurelianenſes omni auxilio miſerè deſtituti Burgũdioni dedere ſe ſtatuerant, ſed contentione Anglorum Ducum res infecta fuit. quod ægerrimè Burgundio tulit. Iohãna puella armata obſeſſos iuuat coactis hoſtibus obſidionem relinquere, ad VIII. Id. Maij, eóſque uirtute minimè puellari expellit. Francis deinde res melius ac fœlicius procedere cœperunt. Iohannes Nothus Aurelianẽſis. Pataienſe in Belſia prælium. cæſis Anglis Iohannes Talbotus capitur. Puella armis per loca ab hoſtibus occupata regem Carolũ Rhemis conſecrandum ducit, multasq; in itinere urbes recipit. Bedfordieſis Anglus | 5390 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *prælio dimicare uelle ſimulans,* Regē Pariſios rectà contendentem remoratur. | |
| 1430 | 8 | *In oppugnatione Lutetiæ ad portā D. Honorati puella uulnerata, exercitus ſe recepit, quæ illū in alias partes Galliæ ducens aduerſus Anglos, ob ſucceſſus & uictorias ſemper celebratur.* Compendium *obſeſſum ui & aſtu ingreſſa, cū aliquando in hoſtes eruptione faceret, à* Iohanne Lucemburgēſi *capitur,* Rotomagumq́; *ad* Ducē Somerſetēſem *mittitur, deīde īuidia & iniuria artis* Magiæ *dānata exuritur.* Ad *Compendium obſidione deſiſtere coacti ſunt Angli.* | 5391 |
| 1431 | 9 | | 5392 |
| 1432 | 10 | Henricus *ſextus ex Anglia traductus, in primario* Lutetiæ *templo* Franciæ *rex coronatur.* Renatus Ambarus *cū bellū in* Antoniū Comitē Vallemontenſem *mouere, captus ad* Burgundionē *adducitur.* | 5393 |
| 1433 | 11 | *In Gallia calamitates bellorū, ac miſeriæ diuturnæ, ager ubique incultus, fames, homo homini perniciem moliebatur.* | 5394 |
| 1434 | 12 | *Ambroſius* Lorus, *Stephanus* Hyrus, *Poto Santrailla, Equites* Franci. *Thomæ* Hūdelli *Angli uulnerati ad* Gerberoiam *arcē in* Vellocaßibus *interitus.* | 5395 |
| 1435 | 13 | *Carolus fortunam belli metuens, ad hæc intelligens nihil cōmodius ad uictoriam quàm cōiunctos hoſtes diducere,* Burgundionē *Anglis minimè gratum, ab ÿs quæ affectabat repulſum, ad ſe pertrahere conatur.* Paci *faciendæ* Atrebatium *urbs deſtinata, papæ Legatus gladios & arma tollere non potuit.* Nam *fœderi iciun-* | 5396 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1435 | | do apud Anglū locus nullus fuit. Rex Burgundioni quod petebat, atque adeò plus quàm poſſet cōceßit. Factiones & inimicitiæ diuturnæ ſopitæ & ſublatæ.<br>Lutetiæ Iohannis Bedfordienſis mors. Anglus apud Flandros tumultum cōtra Burgundionem incitare laborat. Cali- | 5396 |
| 1436 | 14 | tium Dux obſidet: ſed ſuccedentibus auxilijs obſidionem relinquere cogitur, deinde Flandriæ ſtatum ordinauit.<br>Lutetia Francorum uirtute ab Anglis uindicata in Aprili menſe. Iohan. Villarius quàm perfidioſum in ea capienda, tam ſtrenuū in ea recuperādā ſe præſtitit.<br>Ludouicus Delphinus in urbe Turonū VII. Cal. Iul. Margaritā Iacobi Scotorū Regis filiam in matrimonium accipit. | 5397 |
| 1437 | 15 | Renatus Andegauēſis defuncti Ludouici tertij frater, Iohannæ reginæ Neapolis teſtamento hæres, poſt redemptionē Burgundioni perſolutā liberatus, Genuenſiū auxilijs ꝓfectus (qui ſe in libertatē uindicauerāt, eluſi à Philippo Mediolanēſi, nec ullo modo remunerati uictis & captis Tarraconenſiū regibus ad Pōtias nauali certamine) Rex Neapoli coronatur, quò Iſabella eius uxor uirilis animi fœmina prius aduenerat, ut ius ſuū in Alphonſum Tarraconenſiū regē tueretur. | 5398 |
| 1438 | 16 | Pragmatica Sanctio in concilio Baſilienſi conſtituta, & Biturigibus à rege probata Nonis Iulij, Lutetiæ deinde in Senatu | 5399 |
| 1439 | 17 | publicata III. Id. Iulij. | 5400 |
| 1440 | 18 | Redemptio Caroli Aurelianenſis in Anglia captiui. Margaritā ducis Cleuēſis ex | 5401 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | ſorore Burgundionis filiã uxorẽ accipit. Finis cõtrouerſiæ inter Aurelianenſes & Burgũdiones, ſocietate & amicitia inſtituta. Delphinus quorundam principũ conſilio malo inductus, à patre ſeceſsionẽ facere uoluit, ſed pater clemẽs filio pepercit & coniurationem ſedauit ſuſtulitq́;. Amadeus Sabaudus in conſilio Baſilienſi appellatur papa Fœlix quintus. hic filio Ducatum relinquens in eremum ſeceſſerat, neque illi moleſtum fuit poſtea Nicolao quinto papatu cedere. uir bonus ad ſchiſma tollendum legatione apud ſuos contentus fuit. | |
| 1441 | 19 | | 5402 |
| 1442 | 20 | Renatus amiſſa Neapoli contra | 5403 |
| 1443 | 21 | Alpponſum, in Galliam redire coactus. | 5404 |
| 1444 | 22 | Induciarum tempore Renatus Margaritam filiam Henrico Angliæ regi nuptũ collocauit. Rex Carolus interea rogatu & precibus Renati in Mediomatrices profectus. Delphinus pro Sigiſmundo Auſtriæ duce in Baſilienſes & Heluetios. Carolus Andegauenſis Cœnomanorum Comes. Bernardus Comes Marchiæ. | 1405 |
| 1445 | 23 | | 5406 |
| 1446 | 24 | | 5407 |
| 1447 | 25 | | 5408 |
| 1448 | 26 | Iacobus Cordatus ciuis Bituricenſis opulentiſsimus. Franciſcus Sfortia Blancha Ducis Philippi defuncti notha accepta uxore in matrimonium, in ducatum Mediolanenſem inuadet, cuius hæres erat Aurelianenſis filius ſororis. | 5409 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1449 | 27 | Induciæ uiolatæ. Rex in Normania rem bene gerit. Victor cum pompa & triumpho Rotomagum ingreſſus eſt. | 5410 |
| 1450 | 28 | XVII. Cal. Maij pugna ad Forminiacũ ſuperatis Anglis. Carolus ſeptimus uniuerſam Nor- | 5411 |
| 1451 | 29 | maniam poſt annos XXX. ex quo ab Anglis ſubacta fuerat, recuperauit. Petrus Britanniæ Dux. | 5412 |
| 1452 | 30 | Angli Aquitania expulſi. Hic Biturigum modò Rex timidus (ſic enim per ludibrium uocabant) uirtute & fortitudine potentißimos Reges nihili fecit, eos fudit fugauítque. | 5413 |
| 1453 | 31 | Burdegala ad Talbotum in continentem reuerſum deficit. ad III. Id. Iulij pugna ad Caſtellionẽ in Pertrocorijs, in qua Iohannes Talbotus & eius filius interẽpti. Burdegala iterum recuperatur. | 5414 |
| 14<4 | 32 | | 5415 |
| 1455 | 33 | Angli è Francia omnino expulſi, præter Calitium & aliquot uicina loca nihil poßidebant in Gallia. | 5416 |
| 1456 | 34 | Delphinus iterũ à patre ſeceſſerat. in iſtũ Rex bellum mouit, quem ſpoliatum re- | 5417 |
| 1457 | 35 | bus omnibus, ne a quoquam exciperetur, inhibuit. ſed ad Philippum Burgundiæ ducem, à quo prudenter annos aliquot cuſtoditus eſt, confugit. Arcturus M. Eq. dux Britanniæ. | 5418 |
| 1458 | 36 | | 5419 |
| 1459 | 37 | Franciſcus ſecundus Britanniæ dux. | 5420 |
| 1460 | 38 | Henricus rex Angliæ Gallia pulſus, coniuratione deinde principũ regno exactus in Scotiã fugit. Regina Margarita cum | 5421 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *filio Eduardo in Galliam ad patrem Renatum Andegauenſem ſe recepit.* XI. *Calendas Auguſti Rex deceſsit Magduni* Biturigum, *ad* D. *Dionyſium deportatus.* | |
| 1461 | 1 | LVDOVICVS VNDECIMVS LIIII. REX ANN. XXIII. Inungitur Rhemis 18. *Calend. Septemb.* | 5422 |
| 1462 | 2 | *Congreſſus Regum* Franci *&* Caſtulonenſis *ad* Fontem Rabiæ. *Comitatus* Ruſcinonenſis Francis *oppigneratus à* Tarraconenſi: *ex quo maximæ poſtea contentiones exortæ.* | 5423 |
| 1463 | 3 | | 5424 |
| 1464 | 4 | Bellum Bonum *publicum uulgo dictum, cōſenſu & conſpiratione principū tentantium Regem ipſum in ordinem cogere, qui dignitates & munera fortibus ſenioribuſque à patre delata abrogauerat, quique à nobilioribus & potentioribus improbè ſemper aliquid exigebat.* Dux Britanniæ *&* Comes Caroleſij Burgundionis F. *fratri* Regis *unico* Carolo Biturigum *Duci perſuaſerunt, ut coniurationis & belli princeps eſſet. Dignitate & ſtatu deiecti hos ſequuti ſunt.* | 5425 |
| 1465 | 5 | XVI. *Cal. Auguſti pugna ad* Montem Lethericum *aduerſus* Comitem Caroleſium. *Nox prælium diremit.* Rex Coruolium *ſe recipit.* Caroleſius *in loco pugnæ cōſtitit. Plus tumultus & fugæ fuit, quàm cædis ac uulnerum.* Burgundio *uictoriā ſibi uendicabat, ſed ex eo tempore inclinare & imminui res eius cœperunt. Exercitui ducum* Bituricus *&* Britanni *ad* | 5426 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1465 | | Stampas obuiam proceſsit.<br>Franciſcus Sfortia Mediolani dux conſilio & armis Regem adiuuit. in Galliã eius filiũ Iohannẽ Galeatiũ miſit. *Bellum ducis Burgũdiæ in Eburones.* Gulielmus Quadrigarius Pariſiẽſis epiſcopus. Hoſtes circa Lutetiam. Alia in parte Borbonius Caroli Biturigũ Ducis nomine cupidè ac beneuolè Rotomagi acceptus. quamobrem ad pacis conditiones Rex animum intendere coactus.<br>Pax cõfluentina. Carolus Normaniam, Caroleſius urbes ad Somonã ſitas, aliáſque nonnullas in perpetuum habuit.<br>Ludouic. Lucẽburgẽſis Comes Fani Pauli M. Eq. dictus. His rex quicquid uellet cõceſsit pro tẽpore, ut eos diſiũgeret ac ſepararet. Ducis tantùm Britãniæ ſors iniquior, & iactura maior. Caroleſius in Eburones contendit. Inter ducem nouum & Britannũ ſimultates exortæ. Rex in Normaniæ fines accedit. frater eius nudus & inops iterũ in Britanniã cõfugit. | 5426 |
| 1466 | 6 | Iohan. Galeatius accepta morte patris, quàmcitiſsimè in ducatũ Mediolanẽſem reuertitur. Expugnatio & direptio Dinami Duce Burgundione. | 5427 |
| 1467 | 7 | Brugis Mors Philippi Ducis Burgundiæ XVII. Cal. Iul.<br>Leodio in fidem & deditionem accepto, Burgũdiæ dux Gandauum ad ſedanda componendáque omnia contendit. | 5428 |
| 1468 | 8 | Rex cum paruo comitatu Peronã ad colloquium ducis Burgundiæ accepta fide proficiſcitur, ubi de Eburonũ defectione | 5429 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | per quoſdam Regios facta Dux certior factus eſt. Quare concluſus rex illic, & duos aut tres dies detentus magno in periculo fuit. Nobiliſſimos aliquot, & ducis maximè familiares, XV. M. aureorum corrupit. Pax ſic firmata & ſancita eſt, ut Campaniã & Bryã fratri cederet. Ipſe etiã in Eburones proficiſci cogitur. Leodiũ III. Cal. Nouẽb. expugnatum, direptũ, incenſum, atque deletum. Iohannes Andegauenſis dux Lotaringiæ in Hiſpaniã ad bellum contendit, ſed poſtea Barchinone febri abſumptus eſt. Rex reuerſus fratrem cogit ut ſor- | |
| 1469 | 9 | tem hæreditatis Aquitaniam accipiat. Iohannes Ballua epiſcopus Andiũ Cardinalis cõprehenſus cuſtodiæ traditur. Rex Equites ordinis S. Michaelis ĩſtituit. | 5430 |
| 1470 | 10 | Natalis Caroli Delphini pridie Id. Iulij. Ricardus Varuicenſis mota ab Anglis ſeditione ad Regem confugit. Quas Burgundiæ duci urbes cedere coactus fuerat, paulatim ad ſe rex pertrahebat recuperabátque. In Turonibus trium ordinum, qui omnino ſuarũ partium erant, conuentum habuit. Vt ſpecioſior belli prætextus eſſet, poſt nobilium quorundam prouocationes ad ſe & querimonias delatas, uiatorem ſenatus miſit qui Burgundiæ ducẽ in ius uocaret: quod ille perquam ægrè ac moleſtè tulit. Ambiani ad regem deficiunt. M. Equitum fanum Quintini occupat. | 5431 |
| 1471 | 11 | Rex loca in poteſtate obtinens, rem Burgundioni quantum poteſt extrahit. | 5432 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1471 | | Dux cupiditate cōferendi manus ardebat. Rex quaſdam pa- <br> Varuicēſis à Gallo ſummū accipiēs auxiliū, Hēricū Angliæ regē carcere liberauit, Eduardus fugit ad Burgūdionē ſoro- | 5432 |
| 1472 | 12 | cis cōditiones ꝓpoſuit. IIII. Id. Maij mors Caroli Ducis Aquitaniæ, quæ Burgundionis auxit <br> ris uirum, & ab eo clàm adiutus, cū celeriter rediiſſet, hoſtes uicit deleuítque. Henricus filio Eduardo principe occiſo, interemptus eſt. <br> iram & conatus eius fregit. Rex ſine mora loca munita occupat, fratris domeſticis in eodem ſtatu & dignitate retentis. | 5433 |
| 1473 | 13 | | 5434 |
| 1474 | 14 | Carolo Burgundioni Audaci in rebus omnibus ſuſcipiendis, rex plurimos inimicos conciliat, negociúmque faceſſit. Burgundio annum obſedit Nuſiam. Impe- | 5435 |
| 1475 | 15 | rator è Germania ueniens cum magnis copijs, ut obſidionē relinqueret cogere nunquam potuit, niſi conuentione facta. <br> Lotaringus interea eū prouocauit. Rex peracto induciarum tempore, quod tamē produci uoluerat, aliquot oppida incendit in Picardia. Anglus Calitium traiectus, cui Burgundio cum paruo comitatu obuiam procedens, Bononiæ illum excepit parum magnificè & copioſè, & longè aliter quàm expectabat. Quare pronior ad agendum de pace cum Rege Carolus uehementer iratus, ac tædio affectus. Congreſſus duorū Regū ad Picquenium pridie Calend. Septemb. Induciæ | 5436 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | inter eos eorúmque ſocios, qui uellent, in IX. annos. Anglus accepta pecunia Delphino filiam deſpõdit. Regi pariter literas reddidit indices cõiurationis Magiſtri Eq. Burgundio pactis ſeorſum inducijs, in Lotaringos ad bellum profectus eſt. Lud. Lucemburgenſis Comes Fani Pauli M.Eq. cum hos tres potentiſſimos modis omnibus offendiſſet, & de cuius nece toties conuentum eſt, à ſuis deſtitutus in Ducis fidem confugit ad Montium, Annonia. Rex fanum Quintini occupat. Dux Regijs repetentibus eũ Peronæ tradidit, ac ſtatim à Senatu dãnatus capite luit pœnas XIIII. Calend. Ianuarij. | |
| 1476 | 16 | Bellũ à Burgũdione in Heluetios ſuſceptu. Alphõſus Rex Luſitanorũ in Galliã uenit aduerſus Caſtulonenſes auxiliũ quærens: quod ut obtineret, pacẽ cõponere conabatur. Bis ſpoliatus, cæſus, atque in fugã compulſus Carolus Burgũdiæ Dux Non. | 5437 |
| 1477 | 17 | Ianua. (pridie Id. ut Aemyl. tradit) occiſus eſt ad Nancium à Renato Lotaringiæ duce fines ſuos recuperante auxilio potiſſimùm pecuniæ à Rege ſuppeditatæ, & exercitus Germanorũ. Hic finis opum, deliciarũ & triumphorũ domus Burgundionũ. Rex ob id negocia ſibi ex ſententia cedere exiſtimans, feſtinanter in Picardiã profectus, ut quas defuncti Ducis urbes ac loca poſſet recuperaret. Gandauenſes tanquam domini<br>*Stathmi & diuerſoria curſorijs equis à rege primùm in Gallia cõſtituta.* | 5438 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1477 | | Mariã Ducis fato functi unicã filiã apud ſe aſſeruabãt. Philippus Creperecors ad Regem defecit: quæ res non mediocre auxiliũ attulit. Princeps Arauſienſis Burgundiam utranq;, paucis urbibus exceptis, in regis ditionem facilè ſubdidit. Maria nubit Maximiliano Auſtriæ duci Cæſaris F. qui uenerat in Flandriam. IX. Cal. Septemb. Iacobus Arminiacus Nemoroſi Dux Lutetiæ gladio pcutitur. | 5438 |
| 1478 | 18 | Arauſienſis cum promiſſa nõ præſtarentur, defecit, & res in Burgundia perturbauit. ſuperior præfectus reuocatur. Carolus ab Ambœſia illuc miſſus Dolam | 5439 |
| 1479 | 19 | capit, atque omnia Regi ſubijcit. Heluetij primũ à rege ſtipẽdiũ accipiũt. Bellum in Morinis aduerſus regium exercitum. Maximilianus ſe uictorem putans, maiorem cladem accepit. Rex etiã cũ eo fœdus & pacem cupiebat, ſed quæ ſibi multo æquior & commodior foret. | 5440 |
| 1480 | 20 | Iohannes Ballua Cardinalis carcere liberatus. | 5441 |
| 1481 | 21 | Obitus Renati Andegauenſis ſenis Regis à Neapoli expulſi. Rex eius hæreditatem ſibi aſſeruit. | 5442 |
| 1482 | 22 | Maria Maximiliani coniunx ex equi lapſu, unde in febrim incidit, moritur, relictis Philippo & Margarita liberis. Nonnulli tradunt eam tunc grauidam fuiſſe. Populus Gandauenſis Maximilianum ad id adegit, ut deſponſa filia Margarita Delphino, cum rege tranſigeret, & quas terras & loca Rex peteret, ei concederet, | 5443 |
| 1483 | 23 | plura effecturi ſi poſſent, ut principis ſui | 5444 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | *opes potentiamque imminuerent atque debilitarent. Ea uerò annum attingens tertium in Franciam adducta. Anglus hoc facto illuſus, ac uehementer indignatus. Delphinus enim gener illi promiſſus erat. Hic Rex acri magno & uerſatili ingenio fuit: quod conſiſtere & conquieſcere illi non poterat. Hoc enim potitus, mox aliud affectabat cupiebátque. occultus, uehemens, atque omnium impatiens. Verùm id in primis cauebat, ne fortunæ quicquam cōmitteret, ſi uel aſtu uel ſimulatione uel alia quauis arte poſſet euadere. omnia ſcire cupiens, humilis fortunæ hominibus facilis, habitu modicus, cōciliandi peritiſſimus quos ſibi aut prodeſſe aut nocere poſſe intelligebat. ad ea quæ cautè moliebatur, nulli ſumptui parcens, in cæteris pecuniæ negligens & contemptor. Valetudinarius, ac iam ſubinde morbo laborans, aliud quàm quo uſus fuerat ſceptro ac diademate aſſumptis, Delphino filio cōſilium dedit, ne antiquos magiſtratus, amicos, familiares, miniſtros, commutaret. Hoc enim ſibi perquam incōmodè accidiſſe. Morti proximus, ſuſpicioſus, diffidēs aliȷs, timidus, qui nihil non tentauerat ut timeretur, ex qua re odium maximum contraxit. Preſſam nobilitatem primus ſeruire coegit, populo ſe formidabilem præbebat, uiam poſteris regibus muniens ad opes nimias & potentiam. Nemo unquam tantam præ ſe tulit religionem, oſſa & reliquias Diuorum ubiq; uenerabundè exoſculās.* | |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1483 | | *Pauperibus eripiebat quæ templis largiretur. Populum tributis & uectigalibus plus uexauit quàm priorum regum quiſquam alius. Verùm ex quo æger eſſe cœpit, eum ſubleuare atque exonerare propoſuit. Iudiciorum controuerſias infinitas ferè, & tẽpus litigãdi breuius præſcribere: impoſturas, furta, rapinas, quæ à pragmaticis & forenſibus hominibus quotidie fiunt, abrogare atque omnino tollere ſtatuerat. Item morem & ius unũ per totam Galliam cõſtituere lingua uulgari comprehenſum, & libello breui expoſitum. Ad hæc pondus unum & menſurã. Niſi ergo morte præuẽtus fuiſſet (ut Philippus Cominius ac cæteri ſcriptores literis tradunt) plurimarũ in Gallia utilitatum author futurus erat. Illud autẽ ſilentio minimè prætereũdũ, ab eo ſene ueſtiendi rationem fuiſſe mutatã. Nam cultu lauto diuite magnifico exornatũ & cõſpicuũ ſe intuẽs, impenſe lætabatur. Medico ſuo, à quo de uitæ lõgitudine perſuaſus, & ut ſic loquar, incãtatus fuerat, decem millia aureorũ ſingulis mẽſibus dabat, ut uitã prorogaret. Nemo unquã tot hominibus & Diuis ſe cõmẽdauit. Obijt Pleſsiaci ad Turones III. Calen. Septẽb. aliquanto ſexagenario maior. Sepeliri uoluit Cleriaci in æde D. Mariæ.* | 5444 |
| 1484 | I | CAROLVS OCTAVVS LV. REX ANN. XIIII. *Conuentus trium ordinum in urbe Turonum Iulio menſe habitus. Conſtitutũ ut in Francia rector non eſſet. Regis pueri* | 5445 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | cura & tutela ſorori Annæ Dominæ à Bello Ioco credita: quo indignatus Aurelianẽſis Dux, ac ꝓpterea diſsidiũ exortũ. Iohannes Dux Borbonij M. Eq. | |
| 1485 | 2 | Bellum in Britannos. Huic Regi corpus infirmũ & imbecillũ. Pater latinè ſcire noluerat. poſtea Gallicè didicit. In mẽſe Iunio annũ ferè XIIII. attingens conſecratus, ac Rex ſalutatus. Henricus Richemondus ſeptimus Ricardo exacto Angliæ regnum auxilio Gallorum recuperauit. Aurelianẽſes Duci ſuo in urbẽ uenięti, ut bellũ in regẽ pararet, portas occluſerunt. | 5446 |
| 1486 | 3 | Aurelianenſis in Britanniam contendit. | 5447 |
| 1487 | 4 | | 5448 |
| 1488 | 5 | Ludouicus Tremollius XXVI. annos natus ſummus regis Præfectus. Lunæ die 5. Cal. Aug pugna ad Fanum Albini aduerſus Britannos. Dux Aurelianenſis & princeps Arauſienſis capti. VII. Id. Decemb. Franciſcus Britãniæ Dux obit. PAVLVS AEMYLIVS HVCVSQVE SCRIPSIT HISTORIAM. | 5449 |
| 1489 | 6 | Pax cum Britannis. Rex Margarita Maximiliani filia repudiata, Annam Britanniæ hæredem uxorem ducit, quã per legatum nuptam Maximiliano, ipſi eripiebat. Bellum Archiducis in Picardia. Philippus Creperecors illi reſtitit. | 5450 |
| 1490 | 7 | Anglus Britanno in auxiliũ cum uenisſet, Bononiam uſque pertraxit. Pax cum eo facta, pecunia certa ei numerata. poſtridie Atrebates proditione capti ab Ar- | 5451 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1490 | | *chiducis militibus, qui Ambianos pariter opprimere conati ſunt. Tandem pax & ſoror Archiduci cum Comitatu Atrebatium datæ ſunt.* | 5451 |
| 1491 | 8 | | 5452 |
| 1492 | 9 | *Rex religioſè nimis Ruſcinonis & Perpeniani Comitatus Hiſpano reddidit.* | 5453 |
| 1493 | 10 | *Expeditio de acquirendo regno Neapolitano. Petrus Dux Borbonij Rector Franciæ relictus.*<br>*Principes & nobiles ſuis ſumptibus militabãt. Ludouicus Sfortia Dux Mediolani bellum hoc valde promouebat. Rex pridie Cal. Ianu. Romam ingreſſus eſt.* | 5454 |
| 1494 | 11 | *Papa pronunciauit Imperatorẽ Cõſtantinopol. Rex Alphonſus, & eius filius Ferdinandus Dux Calabriæ profugi in Siciliam ſe receperunt. Carolus regnũ obtinuit, ac Neapolim cum triumpho & põpa ingreſſus eſt. Gilberto à Mõte Penſerio pro rege illic relicto, Roma rediÿt.*<br>*Collegium proſtitutarum Pœnitentiũ Lutetiæ inſtituitur. Vniuerſi Italiæ principes & ciuitates coeũt, ut obſeſſis itineribus reditu intercluderẽt Regẽ. pridie Non. Iul. pugna nobilis & victoria Fornoui ad Tarrũ. Rex perquã modicas copias habebat. Summi Duces Regis,*<br>*Gya tribunus Militum,*<br>*Iohannes Iacobus Triuultius Italus,*<br>*Lud. Lucẽburgẽſis dominus Ligniaci,*<br>*Ludouicus Tremollius,*<br>*Ludouicus Dux Aurelianenſis ad Nouarã à Ludouico Sfortia grauiter premebatur. Rex victor in Eranciã reuertitur.* | 5455 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | Briſſonnetus epiſcopus Maclouien. Cardinalis Cancellarius Franciæ. | |
| 1495 | 12 | *Neapolis defecit ad Ferdinandũ Alphonſi filium. Galli Gilberto à Monte Penſerio mortuo in patriam rediere.* | 5456 |
| 1496 | 13 | | 5457 |
| 1497 | 14 | | 5458 |
| 1498 | 1 | VII. Id. April. Rex moritur repentè Ambœſiæ, nullis hæredibus relictis. conditus apud D. Dionyſium.<br>Ludouicus Aurelianenſiũ & Valeſiorũ dux Rhemis rex inungitur 6. Cal. Iunij.<br>LVDOVICVS DVODECIMVS LVI. REX ANN. XVII. Rex Scholæ Pariſienſis ſtatũ, ſtudioſorũ priuilegia reformare: fori pariter ac iudiciorũ abuſus emẽdare & tollere inſtituit. Schola tumultuata ſeditionem mouit. | 5459 |
| 1499 | 2 | Rex Anna Regis defuncti uidua Britanniæ Ducẽ uxorẽ accepit repudiata Iohanna Ludouici undecimi filia, cui prius Biturigũ Ducatũ cõceſſit: in quo reliquũ uitæ tẽpus exegit. Cal. Octob. Rotomagi rex parlamẽtũ Scacarij loco inſtituit, Georgij ab Ambœſia archiepiſcopi cõſilio.<br>Mediolani expugnatio. Ludouicus Cremonã Venetis, à quibus ut in Italiã trãſcenderet ſolicitatus erat, reſtituit. Philippum Raueſtanũ Prætorẽ Genuenſibus dedit. domũ ſe recipiens, Iohannẽ Iacobũ Mediolani Præfectũ ſummum reliquit.<br>III. Id. Octob. natalis Claudiæ Reginæ.<br>VIII. Calend. Nouemb. Lutetiæ ruina pontis in Sequana, qui D. Mariæ dicitur.<br>Robertus Gaguinus hucuſque ſcripſit. | 5400 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1500 | 3 | Iubileus. Mediolanũ à Ludouico Sfortia recuperatum Germanorum auxilio, ad quos ſe cum theſauris profugus receperat. Verùm paulò pòſt captus ipſe IIII. Id. April. in Franciam adductus, aliquot pòſt annis moritur. Aſcanius Cardinalis, ut fratris Ludouici liberi euaderent in Germaniam, curauit effecítque, ipſe tamen captus à Duce quodam Veneto, & Gallis in manus traditus eſt. | 5461 |
| 1501 | 4 | Philippus Archidux Auſtriæ per Galliam in Hiſpaniã iter faciẽs, apud Pariſios honorificentiſſimè excipitur 7. Cal. Decẽb. | 5462 |
| 1502 | 5 | Albiniacus ſummus Regis præfectus Neapolim à Fœderico recuperat, qui mortuo Ferdinando fratris filio regni ius ſibi uendicabat. Fœdericus & eius uxor captiui in Franciam adducti, humaniter tractantur à Rege.<br>Suaſu Papæ Rex Philippum Rauaſtanum in Turcas miſit, ſed Venetorum culpa Galli ad Mitylenem uicti, magna calamitate accepta domum reuerterunt.<br>Georgius ab Ambœſia Cardinalis in Francia Legatus. | 5463 |
| 1503 | 6 | Archidux ex Hiſpania reuerſus Lugdunum ſe cõfert, ubi pax inter Francos Hiſpanos, Cæſarem, Archiducẽ, eorúmque ſocios promulgatur. Archidux in Sebuſianos ad Margaritã ſororem Ducis Sabaudiæ Philiberti uxorẽ inuiſendã profectus eſt. Franci Neapoli expulſi. Hiſpanus pace uiolata Gonſallum Ferrandum miſit qui Neapolim aſtu ac dolo papæ Alexandri cepit. Ludouicus Ar- | 5464 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | meniacus Nemoroſi Dux in pugna occiſus. Albiniacus & Paliſſa ſtrenuos & fortes ſe præſtiterunt: uerùm pecunia deſtituti fuere. | |
| | | | 5465 |
| 1504 | 7 | | |
| 1505 | 8 | Fames & peſtilentia. | 5466 |
| 1506 | 9 | Rex Bononiam pulſo Iohãne Bentiuolo papæ Iulio reſtitui curat. | 5467 |
| 1507 | 10 | Genua deficit ductu infectoris cuiuſdam Pauli de Nouis, ſed mox à Gallis recuperatur. Paulus ille mari cum fugeret, captus, Genuæ capite punitur. | 5468 |
| | | | 5469 |
| 1508 | 11 | | |
| 1509 | 12 | XV. Cal. Iunij pugna ad Carauagium contra Venetos in loco Aignadelli. Bartholomæus Daluianus ſuis uictis capitur. Brixia, Bergomũ, Crema, Cremona, cæteráque ex Ducatu Mediolanenſi loca in poteſtatem Regis uenere: à quo etiam Papa, Imperator, Hiſpanus ad recuperãdas urbes à Venetis occupatas adiuti. Venetorum imperium, Réſque publica propemodum deleta. Lugduni obitus Georgij ab Ambœſia Cardinalis in Francia Legati. tranſlatus Rotomagum, quod unicum eius erat ſacerdotium. An ſi alia cuperet, ea obtinere non poterat? O ſeculum fœlix hoc Rege, & tam excellenti uiro Regis conſiliario. Nullis negocijs aut belli neceßitatibus, quæ in Italia plurima obtigerunt, adduci Rex potuit, ut uectigalia ſuis ciuibus augeret: ad extremũ tamen intra fines à uicinis bello laceſſitus, coactus eſt aliquãto maiora tributa exigere. | 5470 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1509 | | O Regem optimum, patrem patriæ, ac paſtorem populi. | 5470 |
| 1510 | 13 | Papa Iulius homo perfidioſus ad Venetos deficit, Hiſpanos, Germanos & Heluetios aduerſus regem ſolicitans. Morbus qui uulgo dictus eſt Coqueluche. Rex & Cæſar omnia experiuntur ut concilium habeatur: quod nunquã fieri | 5471 |
| 1511 | 14 | potuit. Primùm ad Turones conuenit eccleſia Gallica: deinde locus delectus eſt concilio, Lugdunum, Piſa, Mediolanum. Vaſto Fluſſas Dux Nemoroſi ſummus regis Præfectus Bononiam aduerſus pa- | 5472 |
| 1512 | 15 | pam expugnat, Heluetij in agrũ Mediolanenſem tranſcendunt. Brixia quæ ad Venetos deſciuerat, à Duce Nemoroſi ſtatim recepta, ferro & igni uaſtatur. Die ſacro paſchæ pugna ad Rauennam in Papæ Venetorũ & Hiſpanorũ copias. Franci uictores. Nemoroſi Dux in hoſtes excurrens cum parua manu, interceptus occiditur. Duces utriuſque partis lectiſsimi aut cæſi aut capti Rauenna deſtructa. Corpus Ducis Nemoroſi uictoris Mediolanum ad ſepulturam tranſlatum. | 5473 |
| 1513 | 16 | Iulius papa ſceleratus & uecors, Cæſarem, Anglum, Heluetios in Francos accendit, ſed interea moritur. Ferdinandus Hiſpaniæ Rex nullo meliori iure, quàm quòd utile & cõmodũ foret, Nauarræ regnum expulſo Iohanne Alebreto inuadit & occupat. Henricus VIII. Calitium egreſſus ui Picardiã intrat, certus auxilij à Cæſare & Flandris. Verùm ſe domũ recipere coactus, per | 1474 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *Scotum Francorum ſocium & amicum perpetuum. Scoti uictores, ſed amiſſo rege in prælio. Bellum etiã à nobis in Anglos mari geſtum in ora Britanniæ. Pax inter regem & Venetos III. Non. Iunij publicata. Bartholo. Daluiano & Andrea Gritto liberatis & remißis. Franci Mediolanum & Italiam Heluetijs & Hiſpanis ibi tum potentioribus cedunt. Heluetij Burgundionũ Diuionem obſeſſum eunt. Ludouicus Tremollius prætor pecuniam ijs pollicitus, atque interea obſide dato Domino Meßierarũ, ut obſidionem ſoluant efficit. Anglus Morinos oppugnat. Excurſio & pugna Calcaria uulgò dicta. Longeuillanus Dux, Bayardus & Bußius captiui in Angliam ducuntur. Morini & Tornacenſes Anglo certis conditionibus ſeſe dedũt.* | |
| 1514 | 17 | *Anna Regina è uiuis excedit 5. Id. Ian. Claudia & Renata liberis ſuperſtitibus. XV. Cal. Iunij Franciſcus Valeſius Dux Engoliſmenſium filiam Regis natu maiorem Claudiam ad D. Germanum in Laya ducit in matrimonium. Ducis Longeuillani captiui opera pax inter Reges facta ea lege, ut Francus Mariam Henrici ſororem uxorem accipiat. Nuptiæ ad Abbeuillam VII. Id. Octobris.* | 5475 |
| 1515 | | *Ludouicus Cal. Ianuarij moritur, tranſlatus ad D. Dionyſium, & cum regina ſepultus.* | 5476 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1515 | 1 | FRANCISCVS VALESIVS PRIMVS, LVII REX, ANNOS XXXII. *Menſes tres & ſex dies. 25. Ianuarij* Rhemis Rex *inũgitur.* | 5476 |
| 1516 | 2 | Dux Borbonius *Magiſter equitũ creatur.* Rex *expeditionẽ ſuſcipit ut* Mediolanũ *recipiat.* Proſper *Colũna* Romanus *à* Leone *Põtifice* Mediolanenſibus *ſubſidio miſſus, apud uillã* Frãcã *à* Gallis *Hũbercurtio duce capitur, ad internecionẽ propè deletis aut captis* Mille & *quingentis quos ſecum habebat equitibus. Paulò pòſt maximo & fortiſſimo* Heluetiorũ *exercitu cæſo fugatóque, incredibili fortitudine & gloria* Mediolanum & *eius arcem* Rex *deditione capit, miſſo in* Gallias *captiuo* Maximiliano *Sfortia* Duce. Maria *Regis* Ludouici *mortui uidua* Duci Suffoctio *Anglo ſecundis nuptijs copupulatur, & in* Angliam *migrat.* *Fœdus initum cum* Heluetijs, *certa pecuniæ, quæ ſingulis annis illis penſitatur, pactione.* Rex *quoque cum* Pontifice Romano Leone *ſecundo pace facta conciliatur. Actum inter eos de pragmatica ſanctione abroganda.* *Sacerdotum, Monachorumq; comitia creandis eccleſiarũ Præſulibus ſublata, earúmque rerũ poteſtas Regi attributa.* Venia *uniuerſorum ſcelerum à Pontifice conceſſa, nomen dantibus & coniurantibus in* Turcam. Borbonius *pro* Rege Mediolanum *adminiſtrat.* | 5477 |
| 1517 | 3 | Maximilianus Cæſar *ſolicitatis ad defectionem à rege* Heluetiorum *aliquot* | 5478 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | pagis, Mediolani obſidione fruſtra tentata, à Borbonio Duce pro Rege fuſus ac fugatus, in Germaniam ſe recipit.<br>Rex Nauarræ è uiuis excedit. Pax inter Gallos & Hiſpanos. Deſponſata Carolo Arragonum Archiduci Lodoica Regis filia, quod pactū poſtea diſſolutū eſt.<br>Abrogata publica ſanctio fremente & tumultuante uniuerſo clero gallico.<br>Remiſſio & uenia ſcelerum omnium lata & edita publicè per uniuerſam Chriſtianorum ditionem, ijs qui ſua bona in expeditionem Turcicam erogarent, quæ Cruciada uocitata eſt. Cuius rei occaſione piorum hominum pecuniæ interuertuntur, & ſplendida furta committuntur: contra quæ Lutherus hæreſiarcha primum detonare incipit. | |
| 1517 | 3 | Naſcitur Regi filius Galliæ Delphinus nomine Franciſcus, ſacro lauachro tinctus apud Ambaſiam menſe Februario. | 5478 |
| 1518 | 4 | Naſcitur alter Regi filius Henricus apud D. Germani in Laia fanum, qui & ibidem Fonte ſacro aſpergitur.<br>Ladiſlaus Vngariæ & Bohemiæ Rex moritur, cui ſuccedit Ludouicus eius filius.<br>Fames per uniuerſam Germaniam. | 5499 |
| 1519 | 5 | Maximilianus Cæſar diem fatalem obit. Carolus Hiſpaniarum Rex Francofordiæ Imperator deſignatus. | 5480 |
| 1520 | 6 | Reges Franciæ & Britanniæ maxima pōpa apud Ardeam conueniunt & colloquuntur. Idem ſtatim faciunt Carolus Hiſpaniarū Rex, & Henricus Britāniæ. | 5481 |
| 1521 | 7 | Belgradum ciuitas Vngariæ Chriſtiano- | 5482 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1521 | | rum propugnaculum à Turcis capitur.<br>Bellum inter Carolũ, Cæſarẽ deſignatũ, & Gallos. Cæſariani cõiuratione cũ Franciſco Sfortia & Põtifice facta, rẽ Gallicã in Italia affligũt, & Mediolanũ recipiũt.<br>Naſcitur tertius Regi filius nomine Cæſar. Cæſar Meſeriam in Campania fruſtra obſidet, propugantibus eam fortiſsimis Ducibus Anna Mõmorentio & Bayardo. Rex Cæſarem perſequitur, & in Flandriam fugat.<br>Hiſdinum in agro Morinenſi à Gallis, quorum ductor erat Borbonius, expugnatur: arx uerò tormentis bellicis per aliquot dies concuſſa deditione capitur. | 548 |
| 1522 | 8 | Leo Pontifex moritur. Adrianus in eius locum Pontifex creatur.<br>Galli Fontarabiam in confinio Hiſpaniæ capiunt & præſidio muniunt.<br>Cæſariani poſt longã obſidionẽ Neruios, qui Tornacenſes dicuntur, cum ijs Rex aquarũ inundationibus interclusus copias auxiliares trãſmittere nõ poſſet, deditione capiũt, Flandriæq; ditioni ſubijciunt. | 5483 |
| 1523 | 9 | Latrones militari more incedentes & omnia longè lateq; diripientes duce Macloueo, qui ſe regem Guillotum dicebat, uincuntur & capiuntur. Ipſe Macloueus truncatis prius manibus, Pariſijs capitis ſupplicio afficitur, reliquo cadauere in quatuor partes diſſecto.<br>Adrianus Pontifex moritur, in cuius locum Clemens ſeptimus ſufficitur.<br>Angli cum Cæſarianis coniuncti exercitu contracto ad millia hominum trigin- | 5484 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | ta poſteaquam arcem Hiſdinenſem duobus mẽſibus fruſtra obſediſſent, extremã Picardiæ orã latè populãtur & euaſtãt. Borbonius ad Cæſarẽ deficit, cum aliquot Galliæ nobilibus. Semina in terrã iacta, circa D. Martini feſtum gelu perempta. unde fames. Troia in Cãpaniã incendio flagrat. Rhodos inſula clariſsima, à Solymano Turcarum Imperatore poſt longam obſidionem deditione capitur. | |
| 1524 | 10 | Claudia Regina, Ludouici Regis filia moritur. Borbonius cum exercitu Hiſpanorum, Germanorum & Italorum Maſsiliam fruſtra obſidet, quem Rex perſequutus, quum Longobardiam ferè totam armis recepiſſet, obſeſſa Papia, menſe Februario ac fatali fortuna ac infelici prælio, dum fortiter pugnaret, à Cæſarianis capitur. | 5485 |
| 1525 | 11 | Rex ex Italia in Hiſpaniam ad Cæſarem concordiæ ineundæ & firmandæ cauſa ſuis nauibus traijcit. Seditio ruſticorum per Germaniam penè peſtilẽs oborta. Eorũ in Lotaringia cædes ingens à Ducis fratribus edita. Rex pace cũ Carolo Hiſpaniarũ Rege iniquis cõditionibus fœdere Madriciano facta, ĩ Galliã reuertitur, duobus filijs natu maioribus in Hiſpaniã obſidibus miſsis. | 5486 |
| 1526 | 12 | Turcarũ Imperator Vngariam igne & ferro uaſtat, Budã diripit, Ludouico Rege cum exercitu conciſo Viennã obſidet. Ianus Laſcaris ſtipendio mille ducentorũ Francicorũ in annos ſingulos à Rege accepto, Literas Græcas in Gallia diſſeminat. | 5487 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1526 | | Ferdinandus Archidux Auſtriæ, Vngariæ & Bohemiæ Rex deſignatur. | 5487 |
| 1527 | 13 | Roma capitur à Borbonio & Cæſarianis, uexatur, diripitur. Borbonius inter primos murum ſcandens occiditur.<br>Clemens Pontifex captiuus 40000 aureorum millibus ab hoſtibus redimitur.<br>Quæſtiones repetundarum in Gallia exercentur. Iacobus Belnenſis Samblaciani dominus, primæ authoritatis uir, extremæ ſenectutis, peculatus conuictus ſuſpenditur. Quod ſupplicium reliqui quæſtores & rei nummariæ præfecti ueriti, in exiliũ profugiunt: ex quo retractus Poncherius uir & generis nobilitate & opibus inſignis fide à rege accepta reuerſus, cum Gentilis Itali Præſidis fraude literis quibuſdam remotis ſuam innocentiam, quod promiſerat, probare non poſſet, pari pœna punitur.<br>Rex Britanniæ uxorem ſuam Cæſaris materteram, improbãtibus Pontifice & theologis, alterius amore captus repudiat.<br>Cardinalis Dyortius Britannus, epiſcopus Eboracenſis, pompa, ſplẽdore & faſtu inuſitato, Legatus ad Ambianos Regem conuenit. Renouatum fœdus inter Franciæ & Britanniæ Reges. | 5488 |
| 1528 | 14 | Reges Galliæ & Angliæ per ſuos fœciales Cæſari bellum indicunt.<br>Bellum renouatum eſt, miſſo cum exercitu Lautreco in Italiã in Pontificis ſubſidium, qui expugnata Papia & multis alijs arcibus oppidisq́;, cũ diutius opinione in obſidione Neapolis fraude Andreæ | 5489 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *Nauarchi quia ad Cæſarianos defecerat, peſte in exercitu graßante, uitam cum morte commutat.* | |
| | | *Induciæ octo menſiũ inter Reges Galliæ, Britanniæ & Cæſarem.* | |
| | | *Ferrariæ Dux Renatam reginæ ſororẽ alterã Ludouici regis filiam uxorẽ ducit.* | |
| | | *Legatus Vngariæ à Vayuoda auxilij cõtra Ferdinãdum impetrandi cauſa, Lutetiam uenit. Eodem tempore fœcialis à Cæſare in Palatium extructo ibidem theatro, in quo Rex cum nobilitate conſidebat admittitur: qui quia literas nõ attulerat à Cæſare, nõ auditus remittitur.* | |
| 1529 | 15 | *Ludouicus Berquinus homo doctus & nobilis pro hæretico comburitur.* | 5490 |
| | | *Pax Cameraci Heroidum cõuentu inter Pontificem, Cæſarem, Reges Britanniæ & Vngariæ ſancita.* | |
| | | *Præſtantißima & nobilißima ædificia multis in locis à Rege excitantur.* | |
| | | *Lutetiæ ſceleratus quidam in platea Malbertina cædis heri ſui conuictus, laqueo ſuſpenditur: & dehinc ceruice non fracta, uiuit.* | |
| 1530 | 16 | *Maximilianus Sfortia Lutetiæ moritur, apud Carmelitas ſepultus.* | 5491 |
| | | *Cæſar Bononiæ à Pontifice diademate Imperiali die D. Mathiæ feſto donatur.* | |
| | | *Leonora Cæſaris ſoror Regi deſpoſata, cũ Regijs liberis duobus auri milionibus redẽptis, in Gallias uenit, & maximo nobiliũ populiq́; plauſu & gaudio excipitur.* | |
| | | *Rex bonarũ artium & literarum omniũ ſtudioſißimus, ut eas quàm lõgißimè &* | |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | latiſsimè diffunderet, incōparabili Regij ſceptri tum ornamēto & omniū mortalium cōmodo Gulielmo Budæo & Iohanne Bellaio hortantibus, Pariſijs doctiſsimos homines in literis Hebraicis & Græcis atque etiam mathematicis honeſtis ſtipendijs publicos pfeſſores inſtituit. Quod quum plauſibiliter excipi, & feliciter ſuccedere animaduerteret, Petro Caſtellano agnanoſte ſuo authore, prioribus alios in literis Latinis, Medicina, & Philoſophia adiungit, & primorum numerum adauget. quo facto Academiā Pariſienſem uelut opulentiſsimum literarū emporium breui florentiſsimam reddit. Idem locum inſigni amplitudine trans Sequanā è regione Luparæ metatus deſignat, ubi gymnaſium literarum omniū opinione maius, extrueret: quod Francicorum centum millibus annuo cenſu dotare inſtituebat: in quo Gymnaſiarcha, profeſſores, ſacrifici, & lecti adoleſcentes egregia indole ſupra ſexcentos in literis educarentur, quod bellis uigentibus exequi non poteſt: quam gloriam HENRICVM qui hodie regnat, manet. Vt quemadmodū profeſſores literarum & alia patris laudanda inſtituta religioſe cōſeruat, ſic & hoc gymnaſium extruat, quod uelut arcem literarum hoſtibus in futurum opponat. | |
| | | Florentia Cæſaris auxilijs à Pontifice obſeſſa deditionem facit. Princeps Auriſiacus tormento bellico interit. | |
| | | Clemens Pontifex inclementer & in- | |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *humaniter in ciues Florentinos ſæuit.*<br>*Margarita Flandrorum gubernatrix Cæſaris amita uiuere deſinit.* | |
| 1531 | 17 | *Equites Hieroſolymitanæ militiæ Modonem in Pellopõneſſo occupatũ à Turcis capiunt & diripiũt. Cæſar in Germania hæreſes uarias maximo Germaniæ & totius orbis Chriſtiani malo excitatas, & in dies magis atque magis pullulantes comitijs omniũ Imperij ordinũ indictis extinguere conatur, ſed fruſtra.*<br>*Rex ad uim nobilitatis inhibendã & caſtigandã, apud Pictauos & Cœnomanos reliquóſque horũ accolas & uicinos, qua uiolatis magiſtratibus & legibus ſpretis impunè ille in alienas poſſeſſiones eccleſiaſticas & ꝓphanas inuadebãt, cõuẽtus iuridicos extra ordinẽ indicit, præſidioq́; armatorũ quàm maximo Chandioueo rerum capitalium Præfecto duce, repreſſa nobilium inſolenti temeritate, de plurimis ſupplicium capitale ſumptum.*<br>*Edictum contra falſum teſtimonium dicentes, & pactorum literarúmque adulteratores, ut capite plectantur exit.*<br>*Regis mater in fata concedit.* | 5492 |
| 1532 | 18 | *Reges Galliæ & Britãniæ rurſus coeunt Boloniæ primum, deinde Caletij, & uetera fœdera renouant, ínque ſeſe mutuo hoſpitaliter excipientes, nullum magnificentiæ genus prætermittunt.*<br>*Res monetalis rei nummariæ Præfectorum auaritia ualde corrupta & deprauata, edicto Regio corrigitur.*<br>*Edictum contra eos qui armati in-* | 5493 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1532 | | cedunt & ui utuntur, capitale. Rex Britanniæ Religionis tragœdiā inceptat, ſe caput eccleſiæ dici imperat, Pontificis Ro. memoriā è ſacris omnibus eradit, monachos omnes ſuis poſſeſsionibus exuit, exilioq; multat. Eorū bona partim fiſco regio, partim nobilibus ut ſibi in hoc ſuo iure tutando adiutores eſſent, attribuit: quem propterea Pontifex Romanus eccleſiaſtico anathemate publicè execratur, eíque regnum abrogat, & primo occupanti donat. Turcæ maximo exercitu Viennā obſident Duce Solymano, cui occurrens Carolus Cæſar cum omnibus Imperij ordinibus, Turcas obſidionem ſoluere & retrofugere cogit, 24000 excurſorū ad internecionem cæſis. | 5493 |
| 1533 | 20 | Pontifex & Rex Maſsiliæ conueniunt: cōſilia ineunt hæreſum opprimendarum, & Mediolani recuperandi. Pōtificis neptis deſpondetur Henrico Valeſio ſecundo regis filio. Legionarij ad exemplum Romanorū à Rege ſeptē diuerſis Regni Francici partibus inſtituti, deq; eorum militari diſciplina libri diſertiſsimè ab ipſo rege ſcripti. | 5494 |
| 1534 | 21 | Clemens ſeptimus Pontifex moritur, in cuius locum Paulus tertius ſubſtituitur. Solymanus Turcarum Imperator, multis rebus præclarè geſtis, demum à Sophi Perſarum Rege in Perſide maxima ſuorum ſtrage uincitur & fugatur. Libelli famoſi in regia aula cōpilatim Lutetiæ multisq; in Franciæ urbibus ſa- | 5495 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *cramentariorũ coniuratione teterrima, eadem nocte menſe Octobri contra ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentũ & miſſam affixi:ad quorum ſcelus expiandum, Rex publicas ſupplicationes indicit: quas obiens, à D. Germani prope Luparam fano, ad D. Virginis ſolenni Lampadephoria cum maximo Cardinalium epiſcoporum & nobilium cœtu, capite nudo tædam ardentẽ manibus geſtans, religioſe progreditur. Eodem die Lutherani aliquot uiui publicè exuſti.*<br>*Ionas triremũ apud Maſsiliam præfectus, latrocinijs cõpluribus infamis, & læſæ maieſtatis cõuictus, ceruice truncatur.* | |
| 1535 | 21 | *Antonius à Prato Cancellarius moritur. In eius locũ Antonius à Burgo ſufficitur. Gouleta & Tunetũ in Africa expugnantur à Cæſare magna Barbarorum edita ſtrage. Venia publica à rege clementiſsimo data Lutheranæ ſectæ affinibus omnibus, cõuictis & eius ergo exulibus, modo reſipiſcerent, & errorẽ abiurarent. Lex cõtra latrones lata ſalutaris admodum omnibus peregrinãtibus & iter facientibus, ut pedibus, brachijs, dorſi ſpina & ceruice fracta & cõquaſſata tandiu ſublimes in rota uiuant, quandiu animã de cælo trahere poterunt.*<br>*Rex Legionarios uarijs in locis recenſet & armat. Allobrogum oppida & arces ferè omnes & Taurinum occupat.*<br>*Cæſar Africæ uictor triumphans Romam ingreditur. Franciſcus Galliæ Delphinus regis primogenitus Antonij Lææ* | 5496 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1535 | | *impulſu à ſcelerato quodam* Italo *ueneno potionatus.* Lugduni *interit.* V*eneficus à quatuor equis in partes contrarias actis diſtrahitur.* Marchio Salluſianus *perfide ad* Cæſarem *deficit.*<br>*Bellum inter* Regē *&* Cæſarē *exardeſcit.* Cæſar *in* Prouinciam Narbonenſem *maximum exercitum adducit.* Rex Cæſari *occurrens & loco opportuno caſtrametatus interclußo eidem omni commeatu, & ulterius progrediendi omni ſpe ſublata, ad eam deſperationem adducit, ut leuioribus excurſionibus fame & dyſenteria bona exercitus parte amiſſa, in* Italiam *re infecta retro abire compulerit.*<br>H*annonij &* Flandri Peronam *fruſtra obſident, à qua eadem die obſidionem ſoluunt, qua* Cæſar *in* Italiam *pedem referre cœpit.*<br>I*acobus* Scotiæ *rex amicitiæ ueteris quæ olim* Scotis *cum* Francis *interceßit, interpollandæ &* Regis *uidendi eiúſque affinitatis cupidißimus, in* Galliam *uenit: cui in matrimonium collocatur* Magdalena Regis *filia celeberrimo nobilium uniuerſi regni comitatu, ſplendore etiam, ornatu, apparatu & magnificentia incomparabili.* | 5496 |
| 1536 | 22 | *Alexander medices* Florentiæ *Dux,* Cæſaris *gener, à* Laurentio *propinquo ſuo per noctem in loco ſecreto occiditur.*<br>Rex H*iſdinum in agro* Morinenſi *arcem longè munitißimam poſt longam oppugnationem deditione capit.*<br>Fanum Pauli *non longè dißitum foſ-* | 5497 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *ſa, aggeribus, & propugnaculis ualidóque præſidio munit.*<br>*Præſes* Gentilis Italus, *falſi peculatúſq; reus in carcerem coniÿcitur, & aliquanto poſt in publico patibulo appenditur.* *Cæſariani conflato magno exercitu fanum* Pauli *obſident, ui expugnant, cæſis* Gallis *omnibus in præſidio relictis.* Hinc Monſtrolium *deditione capiunt, utrunque incendunt: poſtremo* Morinum *arctiſsima obſidione cingunt, in quod cum commeatum noctu & militem recentem intuliſſent* Gallorum Duces *aliquot primæ nobilitatis, à* Cæſarianis *ferè omnes capti ſunt.* Inducÿs *demum in decem menſes pactis,* Cæſariani *ſoluta obſidione diſcedunt.*<br>Magdalena Regis *filia regina* Scotiæ *tabe interit.* Maximus Gallorum *exercitus ductu atque auſpicÿs* Henrici Delphini *in agrum* Faurinenſem *mittitur, à quibus* SuZa, Moncallerio, *multíſque alÿs arcibus & oppidis expugnatis, ultra* Padum Cæſariani *longè pelluntur.*<br>Induciæ *cum* Cæſarianis *in triennium pactæ.* | |
| 1537 | 23 | Anna Mommorentius *magnus equitum magiſter creatur.* Turris *bellica quæ eſt* Pariſÿs *ad montem* Antonÿ *in qua maxima uis nitri ſulfuriſq; & bombardici pulueris aſſeruabantur, fulmine ad imum diſcuſſa eſt, ſaxis in loca uicina & trans* Sequanam *iactis, quibus ædificia plurima afflicta & conquaſſata.* | 5498 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1537 | | Pontificis, Cæſaris & Regis apud Niciā in Prouincia cōuentus, ubi cum poſt longas & multas diſceptationes pax conciliari non poſſet, Induciæ in decem annos ſanciuntur. Antonius à Burgo Cancellarius moritur. In eius locū iuris Præfectus Poyetus Curiæ Præſes ſufficitur. | 5498 |
| 1538 | 24 | Imperatoris uxor uita defungitur. Quia Procuratorum & Patronorum ſinuoſis litium uoluminibus & calumnijs in foro uelut labyrintho inexplicabili magna fortunarum ſuarum Galli uerſabātur, lata lex de litibus forenſibus certo compendio decidendis, & cito ad exitum perducendis. Lata item alia de Magiſtratibus & Rēp. adminiſtrātibus, ut ijs in locis agerent, quibus præeſſent: quæ tamen ut prius hominū improbitate & fraude ſenſim exoleuerūt, & maximo hominū malo obſeruari deſierunt. | 5499 |
| 1539 | 25 | Gandauenſes imperioſi & ſeditioſi homines ſuorum priuilegiorū monumenta ſuis archiuis à Maria Vngariæ regina Cæſaris ſorore Belgicæ Cæſarianæ rectrice ſibi ſublata queſti, res nouas meditantur: aduerſus reginā inſurgūt: ſuos magiſtratus capite puniunt: à Cæſare deficere ad Regē parāt: quorū Legati à rege auditi nō impetratis in gratiā Cæſaris quæ poſtulabant domum remittuntur. Cæſar accepta Regis fide per Gallias nullo regio ornatu, ſed hominis priuati habitu pluſquā mediocri, ex Hiſpania in Flandriā trāſit. Cui à Rege, eius liberis & tota nobilitate obuiam itum eſt ad | 5500 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | radices uſque montiũ pyreneorũ: qui deinde p̄ omnes Regni Gallici ciuitates incredibili apparatu, pompa, ſplendoreq́; & magnificẽtia, oblatíſque ſummis muneribus, applaudentibus & gratulantibus populi Gallici omnibus ordinibus exceptus, & ubiuis locorum poteſtate pluſquam regia quantũ uoluit uſus, Valentianas uſque nobilißimo frequentiſſimóque comitatu deducitur. Ardea, Franciæ contra Anglos & Flandros propugnaculum, foßis altis mœnibus & aggeribus maximo ſumptu intra menſes paucos munitur. | |
| 1540 | 26 | Cæſar Gandauum cum exercitu iuſto peditum Germanorum, equitumq́; Hãnoniorum & Arteſienſium ingreſſus, cum prius ciuibus per ſuos Duces oratione blãda omnia arma abijcienda & ſuam clementiam implorandam perſuaſiſſet, de ſeditioſis quæſtionem magna ſeueritate exercet: præcipua capita morte plectit: maximum aliorum numerum laqueo in collum inſerto, ſuis pedibus aduolui, & ſuam miſericordiam implorare imperat: omnium opificum (quorum genera duo & ſexaginta erant) ædificia publica, tormenta bellica, uexilla, uaſa argentea, pecuniam & poſſeßiones fiſco ſuo adiudicat: & demum oppreſſa, omni qua ſemper uſi fuerant libertate, eorũ ſumptu in D. Bauonis monaſterio arcem inuſitatæ magnitudinis ad domandã eorundẽ ferociã & Barbariã excitari & extrui curat. Dux Cliuenſis quem Gueldrenſes | 5501 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1540 | | *poſt ſui Ducis mortem cum eius teſtamento tum ſponte ſua patronum & pro Duce ſibi adſciuerant, accepta à Ferdinando Cæſaris fratre fide, Gandauum ad Cæſarem uenit, à quo cõtemptim acceptus, re infecta diſcedit.* *Anglus Rex Mariam Cliuenſem Ducis Cliuenſis ſororem quarto coniugio uxorem ducit, & paulò poſt repudiat, quinta ſanguinis Anglici formoſiſſima ſuperducta, quam adulterij ream nõ ita longo interiecto tẽpore, ut ſecũdũ quã hæc ſanguinis propinquitate contingebat capite multat. Philippus Chabotius Thalaſſiarchus primo apud Regem gratiæ loco peculatus cauſam in grauiſsimo iudicum ex omnibus prouincijs Francici regni coactorum cõſeſſu dicere cogitur. dãnatione omnibus honoribus exutus, regis beneficio poſtea in integrum reſtituitur.* *Iohãnes Vayuoda Vngariæ rex moritur, relicto infante ſub tutela Georgij Monachi, qui ſtatim Tranſsyluaniam totam, Budam, Peſtam, & quod reliquum in Vngariæ, Vayuodæ patri parebat, in pueri uerba iurare cogit. quod intelligẽs Ferdinãdus, comitijs quibus Hagenoæ Cæſaris nomine præſidebat relictis, cum exercitu Budam obſidet, à qua Turcico exercitu quammaximo ſuperueniente, funditur & fugatur, cæſis ferè in Danubij tranſitu omnibus ſuis. Buda Turca potitus Vayuodæ filium cum matre in Tranſſyluaniam relegat.* | 5501 |
| 1541 | 27 | *Cæſar Ratisbonæ alia comitia indicit.* | 5502 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | Agitur de componendis circa religionem controuerſijs, quam ad rem terni utrinque deliguntur, quibus conuenire nō ualentibus, res tota ad futurum concilium remittitur. Bellum decernitur ſumptibus Imperij terra & mari gerendū cōtra Turcam. Dux Cleuenſis ad Regē Galliæ ſe confert, & cum eo fœdere coniungitur, pacta illi & promiſſa in matrimonium Margarita Regis & reginæ Nauarræ unica filia. Salinariæ uectigalia noua ratione cōſtituta uocatis in iudiciū qui ijs exigēdis præfuerāt, & tādem lite de eorum bonis æſtimata damnatis. Cæſar Fregoſius & Antonius Rinconius Regis Legati Venetias per Padum nauigio petentes, à Cæſarianis immaniter contra ius gentium occiduntur.<br>Cæſaris in Argeriam Africæ expeditio ſub autumni finem, naufragium & clades ingens accepta.<br>Germanorum exercitus prò recipienda Buda in Vngariam duce Marchione Brandeburgenſi miſſus, ad Peſtam Ducum ſocordia & rei militaris neglecta diſciplina funditur, fugatur & profligatur.<br>Poyetus Cancellarius ſordium, corruptellæ & compilationum reus, carceri apud Biturigas includitur. In cuius locum Montelonius Curiæ Pariſienſis præſes Cancellarium agit. | |
| 1542 | 28 | Rex Legatos ad Cæſarem mittit, ut cæſorum Legatorum noxam ſibi expiaret, & de Mediolani iure ſibi ſatisfaceret, | 5503 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1542 | | *Legati cum nihil impetraſſent, bellum cruentiſſimum excitatum. Longiuallius cum decem inferioris Germaniæ peditum millibus per mediam Brabantiam iter facit, arces & oppida uaſtat, munitaq; loca pecunia multat: Louanienſes & Antuerpienſes terret: Principem Auriſiacum cæſis aut captis tribus Germanorum millibus in fugam uertit.*<br>*Cæſariani Cliuenſis ditionem igne & ferro uaſtant, latè populantur, arcéſque & oppida munitiora capiunt, quos Gulielmus Dux habito Ruremũdæ delectu, ex omnibus locis facilè præterquã Symbergo expellit.*<br>*Carolus Dux Aurelianorum Regis filius Yuoidium expugnat. Hinc Viroetonium Arlunũ Leucẽburgumq; & omnes Ducatus eius arces & oppida capit munítque.*<br>*Dux Vindocinenſis Regis in Picardia Legatus in Septentrionali Belgicæ parte Tornehanenſem arcem nobiliſſimam capit, & ſolo æquat: Flandros Comite Rencio eos ducente fundit, fugatq;. Lilerium oppidum aliaq; caſtella in Arteſienſibus capit.*<br>*Rex Perpenianum in Hiſpaniæ & Galliæ confinio Delphino cum ingentibus copijs præmiſſo, obſidet, oppugnat & tormentis bellicis concutit: ipſe cum præcipuo exercitus robore ſubſequitur. quod cum à decem Hiſpanorum millibus per deuios ſaltus clam Gallis intromiſſis defenderetur, aquiſque ſub Autumni finẽ* | 5503 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *magna ui inundantibus, caſtra infeſtarentur, capere non potuit.*<br>Rex Rupellanos *& marinarũ inſularũ incolas, qui ob ſalinarum uectigalia nouos motus concitauerant, iratus, cum armatis copijs adit: uerum pueris & inermi plebe miſericordiam eius ſubinde implorantibus, ueniam concedit, & rebellionis ſeminaria in ipſo exortu extinguit.*<br>Rex Scotiæ *uita defungitur.* | |
| 1543 | 29 | Cæſariani Hymbergo *in* Cliuiam *dum commeatum & militem recentem immittere uolunt, cum* Cliuenſibus *atroci prælio confligunt: & cum eorum equitatum in fugam uertiſſent, peditatũ omnẽ ſuum immani ſtrage cum omnibus tormentis bellicis & commeatu quem importabant amittunt, præclarámque uictoriam* Cliuenſibus *tradunt.*<br>Rex *ſingulis oppidis regni* Francici *pro rata parte ingentem pecuniæ ſummã ad ſtipendiũ quinquaginta peditum millibus diſſoluendum extra ordinem imperat: equitatum nobilium euocatorũ præſto eſſe ad certam diem iubet, & ingenti exercitu collecto, ad* Marolias *in* Hannoniam *progreſſus,* Landricium *capit, foßáque, aggeribus, mœnibus, propugnaculis, & ualido præſidio munit.*<br>Cæſar *ex* Hiſpania Tarracone Genuam Ligurum *appulſus, in* Germaniã *tranſit, ubi collectis ingentibus copijs,* Durã Cliuenſiũ *præſidio defenſam, ui expugnat, incendit, diripit: qua clade conſternatus* Gulielmus Dux, *& à ſuis proditus, ad* | 5504 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| 1543 | | Cæſaris pedes ſupplex abiectus, ueniam impetrat, traditus Cæſari Gueldrēſis Ducatus omnibus oppidis lōge munitiſſimis. <br> Motoloneus Procancellarius in fata cōcedit. In cuius locum Errautius Chemanæus præſes Taurinenſis ſubſtituitur. <br> Angli cum Cæſare confœderati, ad decem millia cum Cæſarianis Landricium aucta obſidione cingūt, quo Cæſare quoque rebus in Gueldria confectis, omnes ſuas uires conuertit. Rex inſtante hyeme omnibus ſuis copijs obſeſſis, ſubſidio ueniens, pulſa & loco mota Cæſariani exercitus parte, quæ cis fluuiolum caſtra habebat, cum inſpectante Cæſare commeatum in oppidū & recentem militē quantum uoluit introduxiſſet, in Galliā paucis deſideratis incolumis reuertitur. <br> Claſſis Turcica Aenobarbo duce Niciā capit, uaſtat, diripit, homines in ſeruitutē abducit: uerū arcem diu fruſtra obſidet. Cæſariani duce Gulielmo Funeſtemburgi homine fidei lubricæ, & à Frācis perfuga, quædam loca munita in Barris recipiunt, & Leucemburgum obſident. Verum ſtatim à Gallis ductore Iano Caraciolo Principe Melphitano pulſi & fugati, obſidionem ſoluunt. <br> Angli in agro Bolonienſi cædes crudeles edunt. | 5504 |
| 1544 | 30 | Delphino filius primogenitus naſcitur apud Aquæ bellæ fontē, & ibidem paulò poſt ſacro lauachro aſpergitur. <br> Franciſcus Anguineus Vindocinenſis Ducis frater, regij ſanguinis & ſpiritus, iu- | 5505 |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mūdi |
|---|---|---|---|
| | | uenis, Alpinarum gentium Prorex, Carignianum obſidet: & fuſis conciſiſq; hoſtium Cæſarianorum uiginti millibus, quorum Dux Alphonſus Daualus Vaſti Marchio erat, memorabili uirtute, illuſtriſsima uictoria apud Ceriſoliū potitur, & Carignianum deditione recipit. Cæſar poſteaquam Regem Franciæ Spiræ in comitijs magna contentione hoſtem imperij pronunciari curaſſet, & cū eo Henricus Anglorum rex conſpiratus, collectis ingentibus exercitibus, in Galliam irrumpūt. Cæſar in Leucemburgum militibus in præſidio relictis fame laborantibus, deditione primum recipit. hinc trāſgreſſus in Campaniam Ligniacum in conualle montibus interclusum, quòd loco iniquo propugnari facilè non poſſet, expugnat: deinde Sandizeriū poſt longam obſidionē̃ deditione capit. Hinc ſequuta Lutetiæ trepidatio ingens, urbis præfectorū ignauia excitata. Cumq; Cathalanū perueniſſet, de ineunda cū Rege cōcordia monacho Hiſpano internuntio agit: concepta pacis capita cum Rex non aſpernaretur, Cæſar ſancita pace ꝑ Sueſſiones retro Cameracum & in Flandriā ſe recipit. Anglus ab Oceano Britannico cum Monſtrolium & Boloniam arctiſsimè obſediſſet, hanc demum Ducum ignauia malè defenſam deditione capit. Hinc Richerij fanum incendit, & omnē agrum miræ fertilitatis euaſtat: ſed aduentante Regis exercitu, properè in Angliam cum exercitu refugit. | |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| 1545 | 31 | Claſsis Gallica trecentis & amplius nauibus inſtructa, maris imperio potitur, & ora Britannica lecta Anglos in portus refugere cogit. Boloniam quoque rex cum ingenti exercitu proficiſcitur. Cúmque eam capiendi ſpes non eſſet, ad reprimendas Anglorũ excurſiones arx munitiſsima in littore excitata, in quã etiã præſidium quàm maximum impoſitum.<br>Dux Aurelianus febri peſtifera non procul à Caſtris regijs interit. | 5506 |
| 1546 | 32 | Iſabella Henrico Delphino filia naſcitur, & ſacra lotione apud Aquæbellæ fontem tingitur.<br>Rei frumentariæ caritas longè maxima in Gallia & propè fames.<br>Pax inter Francos & Anglos hac conditione coit, ut intra octauũ annũ Franciæ Rex magnam pecuniæ ſummam penſitaret, ea perſoluta, Boloniam recepturus: Bolonia interim tanquam obſes penes Britannos eſſet.<br>Cæſar cõiuratione cum Pontifice facta, aduerſus Germaniæ Principes & ciuitates imperiales Lutheranæ factionis, expeditionem ſuſcipit, à quibus circa Ratisbonam arctiſsimè obſeſſus periclitatur: demũ ſuppetias ei ferentibus copijs Flandricis, quarũ ductor erat Burenſis comes, & inſurgentibus Ferdinãdo cũ Bohemis & Mauritio Saxone, in Saxoniæ Ducatum, exercitus Germanorum, in quo ſupra ſexaginta armatorum millia erant, diſsipatur & fugatur, & hinc Cæſar Virtembergenſi Duce omnibus facultatibus | 5507 |

| Anni Chriſti | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | *exuto, captiſque Duce Saxoniæ Lantgrauióque Heſſæ, multatiſque ingẽti pecunia ciuitatibus omnibus quæ contra ſe arma tulerãt, late rerum in Germania potitur.*<br>*Errautius Chemanæus Procancellarius occidit. In cuius locũ Oliuarius ſuffectus.*<br>*Anguianus arcula in caput ludicro ab æqualibus illiſa interit.* | |
| | | *Henricus Britanniæ Rex fato concedit, Eduardo filio octo annos nato Regni hærede relicto, cui mandato regio regia pompa Lutetiæ iuſta perſoluta.*<br>*Franciſcus Galliarum Rex non ita multo poſt in arce Rambuletana febre continua atrociſsimè conflictatur, qui poſt pœnitentiam incredibilem, & confeſsionem noxiarum contractarum cum ad ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, unctionis ſacræ extremũ addidiſſet, filiúmque ſalutaribus præceptis eloquentia diuina ad Regni capeſſendi adminiſtrationem exhortatus eſſet, in Chriſti ſanguinis pro noſtris delictis effuſionem tota ſalutis fiducia collocata, quã ad rem Caſtellanus Matiſconum epiſcopus diuinam ei operam nauauit, decima octaua à morbi primordijs die animam agit.* | |
| 1547 | I | HENRICVS II. VALESIVS F. LVIII. REX *Rhemis ſacratur & coronatur* VII. *Cal.. Auſtuſti.* | 5508 |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |

| *Anni Chriſti* | *Anni Regni* | | *Anni Mũdi* |
|---|---|---|---|
| | | | |

| Anni Christi | Anni Regni | | Anni Mũdi |
|---|---|---|---|
| | | | |